PRO O E M I V M .

¶ **xliij.** dist. in prin. & viij. q. j. oportet. qui
enim apices quærit & alta docet, quæ
ab auditorib. non intelliguntur, non
eorum utilitatem, sed sui ostentationē,
facit **xliij.** dist. § ult. Et ita debet talia
docere, qualia oportet, & ad interroga-
ta scholarium libenter respondere, tunc
enim uulnus dubietatis scholarib. cuel-
lit, si patitur rationabiliter sibi contra-
dici, & soluit. Debet etiam talis esse Do-
ctor, qui habet uim impressiuam, &
aptam ut ea quæ sapit, recte docere po-
ssit. **xlvj.** dist. c. j. Et dicit glo. insti. in
proe. super uerb. quorum, Quod talis
sit eligendus Magist. qui in se laudabi-
lem uitam probis moribus monstrabit,
& docendi periclam, dicendi in terpre-
tandiq; facundiam & disserēdi copiam
se habere patefecerit, nec sit in docendo
plus pomposus q̄ utilis C. de profess.
qui in urb. con. l. j. lj. xij. Scholares ue-
ro discere cupientes iura, deū et uerita-
tē in corde gerant, illisq; plus intendant

F 2 q̄ truf-

PROOEMIVM.

¶ truffis et ornamentis uerborum. Ca-
sum in terminis ad literam tex. diligen-
ter comprehendant. Nec credant se to-
tam L. intelligere, si aliquam, tex. par-
ticulam intelligant. Nec existiment, si
singula prima uice non ualeant com-
prehendere, quod nihil didicerint. Cre-
scit namque scientia ad instar Alluvionis
& cucurbitae, quae ita paulatim cres-
cunt, quod percipi non potest, quan-
tum quoque momento crescat, & hoc
est propter sensus nostri imbecillitatem
L. adeo quidē ff. de acq. re. do. §. pres-
tere*a* iust. de re. di. & ibi glo. super
yb. intelligi cum concor. ibi & Bar. in
tract. Tyberia. in glo. j. Insuper uo-
lens discere LL. diligenter inuestiget
rationes L. quare sic, & non ita, uel ali-
ter sit sancitum, soluat contraria, & cau-
fas solucionis diligenter attendat, ui-
delicet ex quo fonte procedant. Item
unam uel duas LL. quae proposito in-
seruit, memoriae commendet, tem-
pus

PRO O E M I V M .

pus non perdat in ediscendo literam.
Scire enim LL. non est uerba, LL. tene-
nere, sed quam uim, quemue intelle-
ctum & potestatem habeant scire. L.
15. scire leges ff. de legib. Intelligentia
16. enim dictionis ex causis est sumenda,
cum nō sermoni res, sed rei sermo subie-
ctus sit. c. intelligentia de uerb. sig. Con-
siderent etiam si aliquam causam uide-
rint uel audierint ad legem facientem,
ut illam causam quasi pro signo illius
L. habeant & similes sibi applicent. In
lecto autem ruminent in corde & men-
te uoluant, hodie tot audiui & habui
LL. sic incipientes, illud et illud pro iu-
re statuentes. Item, Necesse est Schola-
rib. quod habeant ad studium, uitæ sui-
17. stentationem ne egeant. Similiter ut
magistri copiam habeant, cum sine do-
ctorate nemo plene institui potest L. ij.
cum suis concor. in glo. C. de ali. pup.
pres. L. cum plures § fi. ff. de admi. tu-
to. Viua enim uox multum imprimit.

PROOEMIUM.

quæ habet nescio quid latentis energiæ
inquit R. Hiero. in prohe. Bibliæ. Et
ita præceptorem & doctorem sine in-
termissione audire, unde idem Hiero.
ad Rusticū Monachū dicit. Nec ipse te
doceas & absq; doctore ingrediāris uiā
quam nunq; ingressus es c. si clericatus
xvi. q. i. Itē necessarium est ut discipuli
doctori suo reuerentia suam exhibeāt.
Consistit aut̄ talis reuerentia inter alia
in sustentādo magistrum egentē. Nam
Sabino doct. cui non erant amplæ fa-
cultates, multum fuit ab auditorib. suis
collatum L. ij. § primus diuus augu-
stus ibi, & huic Sabino nec amplæ facul-
tates erant, sed plurimū ab auditorib. su-
stētatis est, ff. de orig. iii. & dic. ibi glo.
19. sup yb. prestari. Nota quædā sunt quæ
honesta conceduntur, quæ tamen honeste
non petuntur. Item consistit reuerentia
discipuli in remunerando magistrum
suum L. aquilius regulus ff. de donat.
Et in defendendo & excusando opini-
onem

PROOEMIVM.

onem magistri sui ff. de arbī. L. dicere
aut̄ § unde uidendum in yſ. Cassius aut̄
sententiam magistri sui bene excusat.
Debet etiam Scholaris debito tempore
uiriliter inherere studio l̄ubemus. C.
de aduoc. diuer. iudi. §. Nec de cetero
quemq;. Item sit cupidus & feruens in
discendo usq; ad sepulchrum ff. de fide
com. liber. I. apud Julianum §. i. ubi
Julianus existens lxxviij. an. dix. & si
alterum pedem in sepulchro haberem
adhuc discere uellem, propter amorem
discendi. concor. sunt ibi in glo. & est
tex. xxiiij. q. iii. c. si habes. & c. de con=
stantinopolitana dist. xxij. Item studen=

dum est in loco debito, ubi est copia
peritorum, proe. fſto. §. hæc autem
uolumina. Item scholares debent esse
fautores æQUITATIS, iUSTICIE authores &
amatores, & tales quærere magistros
C. de pact. conuen. L. hac lege, ibi at=

20 tamen quoniam conditores etc. Nec
proponant luxuriam & leuitatem stu-

PRO OEMIVM.

dio. Superbiam fugiant, cum superbis
deus resistat, & humiliib. det gratiam.
Auaritiam detestentur, cum auaritia sit
radix omnium malorum, & ido-
lorum seruitus c. auariciæ de
prebend. et in aucten. ut
iudi. siue quoquo
suff. §. cogi-
tatio col.
ij.

Finis proœmij.

PRIMA PARS VOLVMINIS.

DE NECES-
SITATE PROCESSVS
ORDINIS IVDI-
CIARII.

Rub. 1.

1. Peruersio ordinis iudicarij ipso iure uiciat sententiam.
2. Substantialia ordinis iudicarij quæ sint.
3. Partes iudiciorum substantialibus renunciare non possunt.
4. Iudicium quid.
5. Ad iudicium requiruntur tres personæ uere uel repræsentatiue.
6. Iudicium dicitur a iudice tanq; a persona principaliori.
7. Iudicium habet tres partes.

F5 Ante

Prima Pars

8. Ante litis contest, pars non dicitur agere, sed agere uelle.

9. Litis contest, est exordium litis.



N NOMINE domini nostri Iesu Christi, accedo ad practicam soliti ordinis iudicarij, pro quo sciendum est, Quod sententia contra solitum iudiciorū ordinem prolata, est de iure nulla, nec habet autoritatem rei iudicatæ L. prolatam C. de sen. et inter. om. iud. et ibi per legist. post glo. quæ ponit quis sit ordo iudiciorum cum concord. & exempl. ut ibi, & loquitur ibi de terminis substantiis in iudicio obseruandis, quorum omissione nullitatem causat, de quo habetis in iure Cano. ij. q. vj. § item sententia citra

De Necessi.proces.ord.iud. Rub.1.

- citra solitum ordinem etc, qui tex. est
2. sumptus ex d.l.prolatam. Quæ autem
sunt ordinis iudicarij substantialia not.
per glo. et doct.in c.de causis de off.de
3. leg. et glo.sum.ij.q.j. quo ordini iudici
ario substantiali, partes renunciare non
possunt,cum talis ordo respiciat publi
cam utilitatem , cui propria autoritate
quis renunciare non potest, ut not. in
decif.Rot.lxxxvij.inci. in causa in qua
seruandus est ordo iuris,in nou.Bar.in
l.societatem § arbitrorum ff.pro sotio.
idem tenet Sali.in aucten.offeratur C.
de Lit.contest.glo.in c. Si diligentि de
for.compe. et ibi per Hosti. et Io. and.
Pro huius tamen declaratione, et ut cla
rius intelligi possit, quis sit iste ordo
substantialis processus iudicarij, & qui
termini sunt obserrandi, et q̄liter obser
uari debeant, premitto pro fundamēto,
4. Qz iudiciū in q̄ isti termini sunt obser
uandi est actus trium personarum corā
iudice

Pars Prima

5. iudice contendentium connumerata persona iudicis. Et sic ad iudicium requiruntur tres personæ, uere uel ficte seu representatiue, quarum duæ scilicet actor & Reus contendunt coram tertia persona scilicet iudice. Dixi uere uel ficte, quia in famato uel notorio crimine fama repræsentat actorem & finitur accusator, ut in c. forus de uerb. sig. & doct. Ant de bu. Panor. Io. de imo, and. bar. et Moder. in Rub. de iudicijs, ubi examinant dictionem iudicij. Et dicit ibi and. barb. Quod iudex est potissima persona iudicij per singula, quam allegat in l. Si procuratorem absentem ff. de procura, unde dicitur iudicium a iudice tanq; a persona principaliori, l. qui explicandi C. de accus. Debet autem hic considerari quod tres sint partes iudicij. Prima pars consistit in ijs, quæ fiunt ante litis contest. & sic in preparatorijs litis, quia ante litis contest. pars non dicitur proprie
- 6.
- 7.
- 8.

De Neces. Proc. Ordi. Iudic. Rub. I.

prie agere, sed agere uelle I. amplius ff.
rem rat. hab. cui parti primus lib. decre-
tal. cum ij. usq; ad tit. de litis contest.
respondet. Secunda pars consistit in li-
tis contest. & illis quæ fiunt usq; ad

9. sententiæ prolationem exclusiue. Litis
enim contest. est exordium litis c. super
questionum §. i. & ij. de off. dele. c. j. &
ibi glo. cum suis concord. de lit. con-
test. & huic secundæ parti responderet ij.
li. Decretal. a tit. de lit. contest. usq; ad
tit. de sent. & re iud. Tertia pars iudicij
consistit in prolatione sententiæ & ip-
suis executione & dicitur ultima pars
litis c. significasti c. querenti de off. del.
Et sic uidetis quod iudicarius proces-
sus incipit a litis contest. Nam quæ fi-
unt ante litis contest. dicuntur præpa-
ratoria litis, & sunt ea, per quæ actor se
preparet ad insistendum & persequen-
dum litem. Reus autem se preparet ad
resistendum & defendendum contra
litem aduersus se motam.

De

Pars Prima

DE PREPA
RATORIIS IVDI-
CIORVM.

Rub. 2.

1. ACTOR quomodo debeat se
præparare ad litem.

2. Actor qualiter sibi debeat de proba-
tionibus prouidere.

3. In probationib. tota uis causæ con-
sistit.

4. Veritas in foro iudicali non pro-
dest nisi probetur, uel ex aduersa parte
confessa fuerit.

5. Allegari in iuditio non debent quæ
non possunt probari.

Actor

De Prepara. Iudicio.

Rub. 2.

6. Actor si non probat reus absoluítur etiam si nihil probauerit.
7. Actor postquam iudicium assump̄ sit, non potest petere indutias deliberatorias.
8. Dilatio ad deliberandum quanta reo danda sit.
9. Terminus deliberatorius est de substantia iudicij.
10. Terminus deliberatorius xx. die rum an possit per iudicem de iure au geri uel minui.
11. Reus tria habet facere in termino deliberatorio.
12. Copia libelli debet dari reo expensis actoris.
13. Actor, ex quo aduersarium conuerterit, oportet eum litem prosequi.
14. Renunciare instantiae quid importet.
15. Renunciatio litis quid importet.

Iudex

Prima pars

16. Iudex an & quando debeat inter partes componere.



NT EQVAM
actor accedat ad li-
tem faciendo reum
citari, debet prius se
preparare ad litem,
ne confusus inde re-
cedat, & causam &
expensas perdat.

Sed de huiusmodi præparatorijs , tam
circa partes, quam circa iudicem , Po-
testis uidere Spec. in tit. de prepa. iu-
dic. & ibi lo. and. in add. In primis au-
tem debet deliberare cum amicis &
eos consulere, an expediatur sibi agere &
litem aduersario mouere uel non , ne
postea damnum patiatur . Item debet
sibi prouidere de bono & perito aduo-
cato L. si aueam in fi. ibi, si cum peritio-
ribus tractatum habuisses, C. de iuge.
ma, alio-

De Prepara. Iudicio.

Rub.

- ma. alioquin accidet sibi illud, quod scriptum est de Iuda.de pen. diss. vii. c. i. §. Iudas enim & §. iuisset, ubi dicitur, **Quod** Iudas, penitens dum iuit ad phariseos pro consilio, relinquens Apostulos nihil inuenit sibi utile, sed augmen-
2. tum desperationis sua. Item uideat su-
as probationes, an scilicet possit proba-
3. re quod intendit, si reus negauerit. cum in probationibus tota uis cause consi-
stat ut dicit Io. and. in nouel. c. ij § te-
stes super glo. uerb. interrogatoria de
testi, in vij. ubi etiam dicit, quod iudices
per se debeant testes examinare, uel ali-
cui, perito ac discreto Notario examen
committere, eo quod tota uis cause, tri-
umphus & succubitio in probationib,
4. consilitat. Item quantum ad actus Iudi-
ciales, æquiualeat non esse uerum & esse
uerum, sed uerum esse, non apparere
uel non posse probari, & ita in foro ius-
diciali non prodest ueritas nisi probe-
tur, uel ex aduersa parte confessa fuerit

G

I. duo

Pars Prima

1. duo sunt Titij ff. de testa. tute. l. in le-
ge fundi. & ibi Bar. ff. de cont. emp.
Nec debemus in iudicio dicere, exprimere uel allegare, quae probare non po-
ssimus ut est glo. in uerb. peruererint
in c. ut circa § alioquin & glo. pe. in c.
nulli de elect. in vj. glo. in uerb. octo di-
erum c. j. de excep. in vj. glo. si. in c.
nerui § j. xij. dist. Quia actore non
probante reuis absoluitur etiam si nihil
prestiterit, id est probauerit, ut c. si.
vj. q. v. c. si. § sane de Iureiur. l. qui
accusare C. de ædendo c. ut nostrum
§ i. ut eccl. benefi. si. dimi. conse-
l. ei incumbit probatio ff. de proba-
tionib. l. actor C. de probat. l. Siquidem
C. de excep. Institu. de interdict. § com-
modum. Præterea sciat actor, quod ei
non dantur indutie deliberatorie post-
q; iudicium assumpsit, quia prius ante q;
iudicium inceperit, debuerit deliberare
& se præparare ad iudicium & uenire
instructus. Reo autem dantur indutiae
deli-

De Preparato. Iudicio. Rub.

deliberatoriæ, cum ille instructus esse non potuit ante. p libellum actoris uidit l. Si quando C. de dilatio. iij. q. iij. § spatium, cum § seq. Verum tamen est, quod si reo in citatione mittitur copia libelli actoris, ut ex ea deliberare potuit non dantur ei deliberatoriæ, ut in c. i. & ii. & ibi per abb. de dila. & d. L. Si quando C. de dila. Cum autem Reus deliberare non potest, nec scire quæ & qualia actor ab eo sit petitur, Ideo ad iudicium uocato & libello sibi oblato, siue sit coram iudice ordinario, siue delegato, petere potest copiam libelli actoris & terminum iuris seu inducias uiginti dierum ad deliberandum, scilicet, an uel cedere uel contendere, id est litigare uel concordare. Et huiusmodi deliberatoriæ quantum ad Reum competentem, sunt de substantia iudicij, quare si denegentur reo pertinenti, processus uiciatur & redditur

Pars Prima

tur nullus ut in L. j. in princ. ff. de
ædendo & ibi per Bar. Bal. & alex. de
imo. in ij. not. pro quo facit auct. offe-
ratur C. de lit. contest. & ij. q. ij. offera-
tur. Sciendum tamen est quod iste ter-
minus deliberatorius viginti dierum,
potest per iudicem minui & augeri,
secundum qualitatem causæ, persona-
rum & locorum secundum Bal. in d.
auct. offeratur & hoc obseruat consue-
tudo & practica. In illis autem inducijs
deliberatorijs, Reus habet alterum ex
tribus facere, imo omnia tria. Pri. ut de-
liberet an uelit contendere, id est litiga-
re, uel liti cedere, id est concordare
cum actore. Secund. Si habet iudicem
suspectum, debet eum infra huiusmodi
deliberatorias recusare, uel alium sibi
non suspectum adiungere. Ter. Si uult
opponere excep. dilatorias, quæ diffe-
runt litem. id est, uult dicere quod
actor uel iudex sit excommunicatus
uel actor sit minor, uel quod non habe-
at tuto-

De Prepara. Iudicio. Rub. 2.

- at tutorem, & tales & consimiles debet etiam proponere infra huiusmodi delibera torium terminum secundum Bar. Paul de cast. & Moder. in d. l. j. ff. de edendo. Nam post huiusmodi inducias siue terminum, non potest amplius ex cipere dilatorie, nec recusare iudicem, sed debet hoc facere infra terminum deliberandi, & licet Bal. tenet contra in d. l. j. primum tamen tenet practica & 12. consuetudo. Sic etiam Copia libelli debet dari Reo expensis ipsius actoris secundum Bar. & Paul. de cast. in d. L. j. licet Bal. tenet quod sufficiat ut actor offerat libellum suum in iudico. & si uult reus habere copiam det ei Notarius suis expensis, tamen hodie approbat practica & consuetudo, quod actor teneatur copiam libelli sui dare 13. Reo, expensis suis scilicet actoris. Et ut hoc non omittam. Quod actor cogitare debeat, quod postquam incepit reum conuenire, teneatur in lite usque ad finem G 3 persiste

Prima pars

persistere auct. qui semel C. quomo-
& quan. Iud. Nec potest actor renun-
ciare instantiæ inchoatæ litis, salua sibi

14. actione & causa, nisi renunciaret liti &
causa, quod si actor fecerit, tunc Reus
omnino ab instantia ista et lite absolu-
tur. Quod uerum est, nisi reus esset tam
fatuus & acceptaret renunciationem in-

15. instantiæ tantum & non causæ & litis. Si
autem renunciat liti, uidetur etiam re-
nunciaisse totæ causæ I. postquam liti
ubi bar. Bal. & moderni C. de pact. De
meo ergo consilio, melius est actori, si
dubitet de causa & iure suo, a principio
non agere, & ante tempus occurrere,
quam post causam vulneratam reme-
dium querere I. fi. C. in quib. cau. in in-

16. te. rest. non est neces. Optime igitur fa-
ciunt h̄j iudices, qui partibus concor-
diam & amicabilem compositionem
persuadent, imo iudices tenentur hoc
facere, licet eas non possint cogere ad
concordiam acceptandam c. ut litigan-
tes

De Prepara.Iudicio. Rub.2.

tes de off.ordi.in vi. c. si primates v. q.
ij. ubi glo. i. & abb. & Fel. de treu. &
pa.super Rub. Et hoc tunc uerum, quia
iudex qui potest in principio partes
concordare & non facit, peccat morta-
liter. Sed in fine litis non. Nam postquam
ex actis intellexit quae pars sit iusta &
quae iniusta, iterum peccat persuaden-
do iustae parti ad concordiam, ut cum
damno suo concordat, ut ostendat. Ant.
de Buit. in. c. i. in glo. fi. de mut. peti. de
quo etiam per spe. & Io. and. in add. de
prepara. iudi. uers. Cæterum.

DE PROCE-
SSV ORDINIS IVDI-
CIARII CORAM IV-
DICE DELE-
GATO.

Rub.3.
G 4 Iudicium

Pars Prima

1. Iudicium, aliij sunt delegati, aliij ordinarij, aliij ecclesiastici, aliij seculares, aliij arbitri.
2. Delegatus papæ in causa sibi commissa, Iurisdictionem habet super ordinaturum.
3. Persona prius quam ratio iuris quærenda est,
4. Index delegatus quis.
5. Delegatus papæ potest principium, medium & finem causæ coniunctim & diuisim, subdelegare.
6. No. q̄ inter cetera quæ exiguntur in delegato papæ, exigitur, quod sit in dignitate constitutus.
7. Officialis foraneus non potest esse delegatus papæ.
8. Officialis episcopi licet potest esse delegatus papæ, tamen non Conservator apostolicus alicuius collegij.

Con-

De Proces. Coram. Delega. Rub. 3.

9. Conseruator & Iudex delegatus quid differunt.
10. Rescriptum impetratum sine speciali mandato domini non ualet nisi impetretur per coniunctam personam.
11. Coniunctæ personæ quæ dicantur.
12. Negatiua pura & simplex est impossibilis.



RO INITIO
sciendum est, quod plures sunt Iudices, alij dicuntur delegati iudices, alij ordinarij, alij ecclesiastici, alij seculares, alij arbitri ut ij. q. vj. a iudicib. & per and. bar. in d. Rub. de iudic. Sed quia delegati papæ uel principis in causis sibi commissis representant uices papæ uel

G 5 impe

Pars Prima

imperatoris & ita supremum tenent locum ut in c. sane la. ij. & in c. significat i de off. dele. c. pastoralis § præterea de off. ord. & ibi per glo. & doct. arg. xcij. dif. c. fi. & xciiij. dif. c. i. Quare merito Iudex delegatus papæ in nostro processu primum locum habebit.

3. Sed quia ex ordine naturæ prius persona, id est existentia personæ & qualitas eius, quam ratio scilicet iuris quærenda est l. quidam referunt ff. de Iur. codi. l. uenditor ff. com. pred. c. ad dissoluendum, de despon. impu. c. abbe fane § i. de re. Iud. in vi. l. Plautius ff de proc. Ergo antequam dicemus de processu habendo coram delegato, uidendum erit de persona delegati & quis sit delegatus. Est autem

4. Iudex delegatus is, cui causa committitur terminanda uel exequenda, uices delegantis, id est committentis representans, in Iurisdictione proprium nihil habens

De Proces. Coram Delega. Rub. 3

habens ut in to. tit. de off. dele. &
per Hosti. in sum. eo. tit. & in l. i. §
qui mandatam ff. de off. eius cui man-
data, id est delegata uel commissa est
Iurisdictio Spec. in tit. de Iud. dele. in
§. delegatus dicit. Delegatus est is qui
ex alterius, scilicet superioris commis-
sione alicuius causæ recipit iudicialem
cognitionem c. super questionum §
i. & § eius ergo de off. dele. Et ta-
lis delegatus principis potest subde-
legare causam sibi commissam, quo ad
principium, medium & finem d. c. su-
per quæsionum § intentionis & §
porro ubi de hoc per glo. & doct.
Nunc postq; actor deliberauit, uelle
agere coram delegato Commissario
sive iudice apostolico, quia ordinarius
est sibi suspectus uel odiosus, uel nimis
fauens aduersario, in primis impetrat
Rescriptum apostolicum ad Iudicem
delegatum, qui sit in dignitate ecclesi-
astica constitutus, sed Canonicus eccle-
siæ Ca-

Pars Prima

- siæ Cathedralis, & constitutus in Ciuitate, seu in alio loco insigni, ubi copia pereitorum potest haberi. Seu qui sit officialis principalis & non foraneus Episcopi, ut in c. statutum § i. de Rescrip. li. vj. & in cle. ij. eo tit, ubi quoq; habetur, quod Conventionalis prior possit esse delegatus papæ. Et licet officialis Episcopi possit esse delegatus papæ, tamen non potest esse Conseruator apostolicus alicuius collegij seu universitatis aut Ciuitatis, secundum Paul. de Iyaza, et Zabarel. in d. cle. ij. de Rescrip. licet ibi glo. dubiter. uideatis quoq; glo. pe. in c. fi. de off. dele. in vj. quæ ponit differentiam inter iudicem delegatum & conseruatorem, quarum una est. Quod licet Canonicus Ecclesie Cathedralis possit esse delegatus papæ, tamen non conseruator, & ponit multas alias differentias, uide etiam glo. in uerbo prelatum in cle. j. de Elect. & ibi Zarabel. in x. q. Rescriptum autem debet

De Proces. Coram delega. Rub. 3.

debet actor per se ipsum, uel per procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem impetrare, alias non ualeat c. nonnulli § fi. & ibi per doct. de Rescrip. (Si multis uidere alios casus requirentes) speciale mandatum, uidete per glo. no. in c. qui ad agendum in glo. mag. de procu. in vi.) Nisi impetrans n. esset de personis coniunctis ut parentes pro filiis & descendantibus suis, filii pro parentibus, pro fratribus, pro sororibus, libertus pro patrono patronauie & econtra. Maritus pro uxore, Afinis pro affinibus ascendentibus & descendantibus, non autem collateralibus, Ut dicitur Inno. Panor. Zabar in d.c. nonnulli § fi. De Rescrip. Supradictae namque personae possunt sine mandato agere & postulare coniunctorio nomine, non autem procuratorio nomine, quia non sunt procuratores, Debent tamen cauere de rato, alias enim sine cautione de rato non admittuntur ut in L.

Pars Prima

ut in L. sed hæ personæ ff. de procura. et
in l. i. § fi. ff. de postu. & per glo. &
doct. in d. c. nonnulli § fi. Verum ta-
men est, quod nunque audiui in practica,
quia Rescriptum esset reiectum propter
istam excep. quia impetrans non habuit
mandatum, quia taliter excipiens tene-
tur probare negatiuam que excipit. Sed
12. pura & simplex negatiua est improba-
bilis, ut est tex. glo. et doct. in c. bone la.
i. de Elect. male igitur, imo non obser-
uatur d. § fi. Et ideo dicunt Curiales
quia non sit de dandis, id est quod non ob-
seruetur in practica. Tamen quendam
tali medio ista exceptione circumueni,
querens ab eo an fuisset Romæ & im-
petrasset tale rescriptum, qui responde-
bat quod non, sed impetrasset per pro-
curatorem, et ego obieci ei ut faceret de
mandato, ad tale rescriptum impetran-
dum, quod facere non poterat & ideo
erat cum suo Rescripto a iudice repul-
sus.

De

De Rescip. Presenta, etc. Rub. 4.

DE RESCRIPTI PRESENTATIONE ET RECEPTIONE.

Rub. 4.

1. Actor, si unius tantum delegatus in rescripto datus est, quid in praesentando habeat facere.
2. Iudex quomodo debeat recipere rescriptum.
3. Praesentatio rescripti est de processu.
4. Iudici delegato, si de rescripti presentatione dubitetur, non credatur, nisi in quantum per acta vel alia legitima documenta constabit.
5. Delegati plures, si sunt in rescripto dati, cum clausula alternativa,

Pars Prima

ternatiua, quid actor facere debeat in
præsentando.

6. Delegati si sunt cum clausula condicionali dati, quid actor in presentando habeat facere.
7. Iudex delegatus recepto rescripto apostolico, mox decernat Citationem, propter multos effectus & utilitates.
8. Delegatus, si citauit ante mortem delegantis, perpetuata est eius Iurisdictio.
9. Certus tex. in iure cano, si expressus contrarius textus in lege non reperiatur, an seruetur in utroq; foro.



O S T Q V A M
autem actor impetravit rescriptum, tunc
debet uidere, an unus
uel plures delegati,
uel Iudices apostolici
in illo

De Rescip. Presenta. etc. Rub. 4.

in illo sint expressi. Et si uideat quod unus datus est, tunc eundem loco honesto & tempore congruo ueneranter accedat, eiq; rescriptum ostendat & dicat Reuerende pater ego præsento reuerendæ paternitati uestræ, has litteras apostolicas & apostolica mandata, humili ter rogans et supplicans, pat. ues. uel lit huiusmodi litteras dignanter accep tare, & ad executionem & prosecutio nem mandatorum apostolicorū, iuxta uim, formam & continentiam eorum, ut moris est & stili, procedere, mihiq; contra aduersarium seu aduersarios in ijsdem litteris expressum seu expressos iusticiam debitam ministrare, & ad hoc citationem seu Citationes in forma so lita et consueta, contra eundem seu eos dem, si persona eiusdem uel eorum commode possint haberi, uel eiusdem seu eorum procuratores si qui sint, ac alias in premissis, fieri mandare, quod recta ratio & iuris ordo postulat &

H requi-

Pars Prima

2. requirit, Quo auditio iudex caput suum inclinet humiliter coram litteris apostolicis. Notarium secum habeat & dicat litteras aposto, cum ea qua decet reuerentia acceptamus. Et illas ob reuerentiam osculetur, uel ad caput (ut alij) in signum subiectionis ponat. Et continuat sermonem dicendo sic. Et parati sumus sicut etiam debemus apostolicis mandatis obedire, quare in uim huiusmodi litterarum tibi Citationes petitas in forma debita & consueta decernimus. Et tibi notario publico, quem ad hoc requirimus, ut litteras huiusmodi citatorias nostras conficias, & quæ aguntur in causa huiusmodi per partes hinc inde fideliter scribas, committimus. Quo facto, actor iudici apostolico de bona Iustitia &
3. Responsione sibi data, gratias agat. Ceterum hic animaduertendum est, quod presentatio rescripti sit de processu & propterea

De Rescript. Presenta. etc. Rub. 4.

propterea debet per Notarium ad acta registrari, uel instrumentum desuper concipi, quod tamen actor ab eo petere debet, ut si dubitetur de presentatione rescripti. sciatur de die & modo præsentationis factæ. Cum de hoc non credatur Iudici ut ostend. Spec. in tit. de Rescrip. præ. § j. uers. Sed obiectetur. Quando autem in rescripto plures delegati fuerint dati cum clausula, Ut omnes, aut duo, uel unus uestrum Mandatum apostolicum exequantur. quæ clausula communiter solet ponni in litteris Conseruatorialibus universitatum. Tunc actor eligat unum quem uult ex ijs datis delegatis & coram illo sic electo procedat ut iam dixi, hoc probatur in c. cum plures de off. dele. in vj. Si autem fuerint dati cum Clauſula, Quod si non omnes interesse poteritis etc, tunc unus uel duo uestrum, nihilominus negotium exequantur. tunc unus

H 2 sine

Pars Prima

sine alijs duobus , uel duo sine tertio procedere non possunt,nisi prius constet de impedimento terciū ut habetur in c.prudentiam de off.deleg. Quare uolens habere processum ab uno petit,quod alijs se exonerent uel excusent, quare non uelint nec possint interesse. Et tunc Notarius in Citatione dicat & ponat clausulam. Conſtitu nobis prius de impedimento uel uoluntate collegarum nostrorum, alioqui Citatio non ualeret & processus cassaretur. Porro iudex delegatus recepto rescripto apostolico,mox decernat Citationem . et Notario suo committat citationis factio[n]em. Et dixi mox, quia interest & iudicis & partis ne cum decreto Citationis tardet seu moram faciat, propter uarios effectus et multas utilitates, quae causantur ex Citationis decreto, quas ponit Spe.in tit.qualiter Actor in ade, iud.se hab.debeat. Per decretum enim Citationis iurisdictio delegati perpetuatur

De Rescript. Præsenta etc. Rub. 48

tuatur sic quod non finitur nec expirat
licet alios morte mandatoris expirat
mandatum re integra ut in c. relatum
& c. gratum cum concord. et ibi docto.
de off. deleg. & hoc secundum Cano.
sed secundum opinio. legista. Jurisdictio
9. perpetuatur per litis contest. Vnde uo=
lunt canonistæ ex quo sit opinio utrum
Jurisdictio perpetuatur per Citatio=
nem an per litis contest. & de iure ca=
no, sit certus tex. in. d. c. gratum, quod
seruandus sit Canon certus in utroq;
foro, cum sacræ ll. non dedignantur fa=
cros Canones imitari, ubi non est con=
trarius tex. in L. expressus c. j. de no=
op. nunct. Hodie tamen nouus papa
electus in craftino suæ assumptionis
confirmat omnes & singulas litteras
per antecessorem suum, tam iusticiæ q;
gratiæ concessas, infra annum mortis
suæ, licet tempore mortis antecessoris
sui nondum erant præsentatæ execu=
toribus suis, ut in Reg. cancella. Sexti

Pars Prima

pa. xij. ubi de hoc. Item utile est, ut ius
dex sine mora procurat Citationem fi-
eri, ne possit per aduersarium, forte se-
cundas litteras impetrantem, & citari
procurantem, praeueniri. ut no. in c. ut
debitus de appella. Sic etiam dicitur per
Citationem negotium coeptum, ita q.
Jurisdictio sit occupata d. c. gratum &
secundum archid. ij. q. vj. non ita. Alios
effectus adicionis iudicis, præsentatio-
nis Rescripti, & Citationis decreti ui-
dea. in Spec. in tit. de comp. iud. adi. §
Effectus autem.

DE FOR- MA CITACI- ONIS.

Rub. 5.

Formam

De forma Cītatio.

Rub. 5.

Formam primæ Citationis, quæ debet esse ad totam causam et processum in negotio commisso, vide in formulis notariorum.

**DE CITATI
ONIS EXECVTIONE,
CONTVMATIAE REI NON
COMPARENTIS ACCVS-
ATIONE, ET DE
CITATIONE
AD VAL-
VAS.**

Rub. 6.

1. **P**rocurator debet exhibere & ostendere suum mandatum alias per iudicem repellitur.
2. Procurator, quomodo debeat legitimare suam personam.
3. Iudex ex officio debet compellere

H 4 pro-

Prima Pars

procuratorem ad ostendendum man-
datum, ne iudicium reddatur illusori-
um.

4. Citationis executio, debet apud acta
iudicij registrari.
5. Cursoris relatio, quomodo & quan-
do Citationem executus sit, debet scri-
bi apud acta.
6. Actor, postq[ue] reus in termino ad to-
tam causam non comparuerit, quomo-
do eum accuset de contumacia.



O S T Q V A M
autem per Notari-
um publicum, seu
nuncium aut curso-
rem iudicis iuratum,
seu alias uia uoce iu-
dicis, seu per presbi-
terum parochiale', secundum loci
consuetudinem, Citatio debite est exe-
cuta.

De Cita, Execu, Cōtu, rei, etc, Rub. 6.

1. cuta Compareat actor coram iudice in iudicio. Et in primis, si non est principalis sed procurator, tunc mandatum suum exhibeat, si illud habuerit penes se, si aut̄ non habuerit penes se, promittat sub pena de faciendo fidem Iudici & parti de suo mandato. Qui enim uult agere in iuditio nomine procuratorio, debet producere mandatum suum, & suam personam legittimare, hoc est debet primo ostendere mandatum suum quod sit procurator actoris, uel Rei legittime constitutus, quia anteq̄ de eo constet non debet audiri l. licet in principio C. de procu. & ibi per Bal. & pau. de cast. Quinimo parte aduersa non petente neq̄ contradicente, Iudex debet ex officio inquirere de constituti onib. & mandatis legittimis procura torum, & eos ad ostendendum man datum compellere, ne processus suis ob defectum reddatur inanis, quia deficeret una ex personis substantialibus
3. H^s in iudic

Pars Prima

in iuditio ut Bal. & Paul. de cas. in d.l.
licet in principio, & est glo. ordina. c. j.
in yb. absentia de Elect. in vj. Præterea
4. instet actor ut Citatio legittime exes-
cuta apud acta reproducatur , uel si sit
5. executa per cursorem, ut Cursor in iu-
dicio relationem faciat , quomodo &
quando Citatio sit per eum executa, &
relationem apud acta iudicij registrari
curet. Quo facto actor seu procurator
actoris dicat Reuerende pater iudex et
commissarie apostolice , Ego procura-
tor & eo nomine procuratorio, discreti
uiri. N. Principalis mei, compareo co-
ram uobis in iudicio, et mandatum me-
um pro ut est in actis reproducō (quod
si illud adhuc secum habeat, illud facto
et realiter exhibeat) et Citationem nu-
per ad mei instantiam per uos contra
N. N. nec non aduersus omnes alios
& singulos, sua communiter uel diui-
sim interesse putantes , legittime exes-
cutam, reproducō uerbo pro ut est in
actis

De Cita. Execu. Contu. rei et c. Rub. &
actis. Vbi uero Citatio nondum esset
extenta in actis. ut quia Cursor forte
nondum rediit cum citatione. nec fecit
relationem. tunc dicat. Et citationem &
illius executionem uerbo reproducō
cum protestatione & obligatione de
dando & offerendo eam. & illius exes
cationem facto & realiter suo tempore
6. & loco oportuno. Et accuso quatenus
hodie terminus est. contumaciam ci
tatorum nō comparentium petens. eos
contumaces reputari. mīhiq; in eorum
contumaciam. cum iam sint in Citatio
ne certificati. Citationem in ualuis Ec
clesiae N. ad dicendum et excipiendum
quicquid uerbo uel in scriptis dicere &
excipere uoluerint contra commissio
ne m. hoc est contra Rescriptum & lit
teras apostol. delegationis uel subdele
gationis uestre. nec non contra paterni.
uest. Citationem. illiusq; executionem
ad primam diem iuridicam. decerni. q;
iudex quoq; decernere debet et execu
tione committere ut supra dictum est.

Pars Prima

DECOMPA
RICIONE REI IN
TERMINO.

Rub. 7.

1. Procurator rei in termino compa-
rens, iudici mandatum suum ex-
hibere, & ut ad acta registretur, petere
debet.
2. Citatio contra procuratorem, postquam
procurationem acceptauit, & manda-
tum apud acta dedit, decerni debet.
3. Citatio ad ualutas, quando non ha-
bet locum.
4. Procuratores, si sunt in absentia eo-
rum constituti, & iudex sit dubius an
uelint officium acceptare, tunc debet eos
monere

Ce Compari.Rei. Rub. 7.

monere ut infra certum terminum,
onus procurationis acceptent siue refus-
tent.

5. Iudex, si procuratores in termino
monitionis non compareant uel si com-
pareant, procurationem tamen refus-
tent, quid facere debet.
6. Reus comparens quomodo prote-
stari debeat, ne per suam comparitio-
nem uel alium actum, in iudicem tanque
competentem consentiat.
7. Rescriptum si non est insertum in ci-
tatione, tunc iudex tenetur reo copiam
dare, ut possit contra illud opponere si
uelit.
8. Delegatus, quando Rescriptum in
Citatione debet inserere, uel non.

Pars Prima



IXIMVS SV-
pra qualiter contu-
matia rei non com-
parentis sit accusan-
da. Sed quia uocati
sæpe comparent. i-
deo de hoc pauca

subnecemus. Et primo procurator,
quem reus misit, scire debet, ut iudicem
cum suo mandato adeat sic dicendo. Re
uerende pater, uel asserite dñe iudex,
Ego procurator N. principalis mei &
eo nomine procuratorio compareo co-

1. ram pater. uest. exhibeo mandatū meū
et peto q̄ mandatum meum apud acta
registret. Quo facto celsat certificatio
iudicis facta in citatione, de reo alibi nō
2. uocando nisi in ualuis Ecclesiæ. Et ex
q̄ procurator dedit mandatū apud acta
& officiū procuracyonis acceptauit, tūc
procurator debet Citari ad oēs et sin-
gulos terminos subsequentes in ppria
persona, si potest haberī alias ad domū
habitatio-

De Comparatio. Rei. Rub.

- habitationis suæ, dummodo primo sit
3. personaliter citatus. Et sic nō ualeat am-
plius citatio ad ualutas facta sed proces-
sus redderetur nullus. Obiter hic notā
dum est. Q, si constitutio procuratoris
fuisset facta in absentia iudicis & partis
coram Notario causæ, Tunc debet No-
tarius de hoc informare & auisare iudi-
cē et etiam partem, q Reus habeat pro-
curatorem talem uel talē apud acta. Et
tunc Iudex de hoc auisatus, de cetero
debet decernere contra procuratorem
4. uel procuratores. Et si sunt plures con-
stituti procuratores, in eorum absentia, et
est dubium apud iudicem an uelint ac-
ceptare procurationem, tunc iudex de-
bet eos monere, ut infra certum termi-
num onus procurationis acceptent siue
5. refutent. Et si in isto termino Monicio
nis nullus procuratorum comparet, uel
si compareat onus tamen procurationis
non acceptet, Tunc iudex in Contu-
matiam rei citati, certificati, & non
com-

Pars Prima.

comparentis, neq; procuratorem mis-
tentis, potest in ualiis Ecclesiæ contra
contumacem, iuxta tenorem & Certi-
ficationem primæ Citationis procede-
re. Postq; autem Reus uel eius procu-
rator, ut supra dictum est, in termino
comparuerit & procurator suum Man-
6. datum exhibuerit, Tunc principalis uel
procurator debet cum protestatione
sic dicere, uel uerba in effectu similia
proferre. Reuterende pater uel asserte
domine iudex, ego protestor quod per
huiusmodi meam comparitionem uel
mandati exhibitionem, in uest. pater.
tanq; in iudicem competentem, nisi
quatenus de iure teneor & debeo, non
consentio. q; protestationem in omni-
bus & singulis meis comparitionibus
& defensionibus uolo habere repeti-
tam. Et peto, ut pretensam uestram Iu-
risdictionem eo uberioris declinare ua-
leam, copiam comissionis uestræ, ex-
pensis partis aduersæ, mihi decerni, atq;
ista

De Comparitio rei. Rub.

ista omnia sic protestata & petita apud
acta registrari. Quo facto, iudex te-
netur sibi copiam Rescripti apostolici
decernere etiam cum datis, ex eo quod
Rescripta sunt quædam communia
concessa utriq; parti, ut instantia fiat, &
nulla partium de iure suo offendatur
seu ledatur. & hoc uerum si rescriptum
non esset insertum in Citatione. Hoc
autem diligenter notandum est, quod
delegatus teneatur rescriptum in Cita-
tione inserere, ubi partes citat per loco-
rum distantiam, ut si citetur ualde re-
motus, alioqui non tenentur compare-
re, ut in c. cum in iure de off. dele. c.
preterea ubi panor. & moder. de dila-
tio. glo. ij. in c. Si episcopus ij. q. ij. Bar.
& Paul. de cast. in L. ex quacunq; cau-
sa, alias ij. ff. Si quis in ius uoc. non ie.
Vbi autem non esset locorum distan-
tia, ut quia citatus esset in loco citantis,
uel modicum distans, tunc non est o-
pus ut inseratur rescripti copia. Sed suf-
ficit

Pars Prima

ficit quod iudex scribat in fine citatio-
nis suæ. Hesitantibus de nostra iurisdi-
ctione, fidem faciemus requisiti L. Si
quis ex aliena causa ff. de Iudi. & Pa-
nor, ubi supra.

DE EXCEP-
TIONE CONTRA
RESCRIP-
TVM.

Rub. 8.

1. Rescriptum surrepticium uel obrep-
ticium quod dicatur.
2. Rescriptum impugnatur si est ob-
tentum super rebus ad seculare forum
spectantibus.
3. Rescriptum quomodo impugnatur
ratione falsi, ratione formæ, ratione
impetrantis, ratione ad quem impe-
tratur

De Excep. Contra Rescip. Rub. 8.

tratur & alijs modis remissive.

4. Delegatus quando potest se iudicem competentem expresse uel tacite pronunciare.

5. Tacite quomodo se pronunciet iudicem competentem.

6. Delegatus, ut expresse pronunciat se iudicem competentem quando necesse est.

7. Citatus si fuerit exemptus tunc sine licentia papae non potest prorogare iurisdictionem alterius.

8. Delegatus in quibus casib. non potest cognoscere de competentia sua.



M P E T R A T A
itaq; Rescripti co-
pia. tunc Reus uel
eius procurator po-
test contra Rescriptū
opponere, q; sit sur-
repticum et obrepti-
cium,

I 2 cium,

Pars Prima

- tium, tacita ueritate et expressa falsitate obtenta, & si ueritas non fuisset super pressa & falsitas tacita, litteras saltem in tali forma non obtinuisse nec papa concessisset ut c. ex parte c. super litteris cum concord. & ibi doct. de rescrip. Ut si quis habuerit beneficium, narrauit papæ quod habeat nullum, uel si esset litis pendentia super causa in qua impetravit rescriptum, & illam tacuisse et de similibus, de quib. per Spec. in tit. de presen. Rescrip. quasi per totum. Itē si
2. Rescriptum esset impetratum super aliqua re non spectanti ad forum papæ, sed ad forū iudicis secularis, ut in c. ex parte c. extenore c. ex transmissa de for. cōpe. Item contra Iudicem quia excommunicatus c. ad probandum de re iudicata. Item quod sit sibi suspectus, eius inimicus uel actori nimis fauens c. postremo de appella. c. accedens, ut lit. non
3. contest. cum similibus. In summa multe sunt causæ propter quas Rescriptum impug-

De Excep. Contra Rescip. Rub. 8.

impugnari potest, ratione scilicet falsi,
ratione formæ, ratione impetrantis,
ratione eius ad quem im petratur,
quandoq; ratione defectus causæ, &
alijs multis modis, de quibus per Spec.
in loco supra dicto. & esset hic nimis
prolixum recitare omnes causas ibi ex-
4. pressas, uideatis per uos. Vbi autem in
termino predicto non opponitur alia
quod canonicum, quod lícite posset
obstare. Delegatus, Commissarius uel
Iudex apostolicus pronunciat se iudic-
cem competentem tacite uel expresse.
5. Quomodo autem tacite procedendo
scilicet ad ulteriora, tunc enim tacite
pronunciat se iudicem competentem
ut pulchre Ang. in d.l.ex qua cūq; cau-
sa, alias ij. ff. Si quis in ius uo. non ie.
Quod tamen fallit secundum Ias. ibi
post alios in x. col. ysl. iuxta predicta
succedit utilis quæstio etc. quando scili-
cet fuit per reum opposita exceptio con-
tra iurisdictionem iudicis, tunc enim

I 3 Iudex

Pars Prima

Iudex expresse tenetur se pronunciare iudicem competentem. Et sic ipse iudex cognoscere habet an sit sua Iurisdictio. Et licet rescriptum sit subrepticiū, propterea ei non det Iurisdictionem in causa principalī, tamen super isto accidenti, an rescriptum sit subrepticium uel non, sic an ipse sit iudex competens uel non, potest pronunciare ut per Canonist. in d. c. super litteris, Et legist. Bar. & Moder. in d.l.ij. ff. Si quis in ius uo, non ie, Hoc tamen fallit si citatus fuerit exemptus & immediate papæ subiectus, quia tunc sine licentia papæ non potest prorogare Iurisdictionem alterius, ut ostendit Pau. de cast. in d. l. ij. Item fallit secundum Alex. de imo. in d. L. ij. Nisi iudex esset suspectus propter magnum commodum sportularū, alios casus fallen. ponit paul. de cast. ibidē. Nec illud omittendum est. Qz si iudex male pronunciaret super competentiam uel incompetentiam suæ Iurisdictionis

De Excep. Contra Cita. Rub. 9

dictionis tunc a tali interlocutoria po-
test appellari etiam de iure Civili, licet
alias secundum LL. ab interlocutorijs
regulariter non appelletur secundum
Bar. in d. I. ij. & Canonist. in c. super eo
de appella.

DE EXCEP
TIONE CONTRA
CITATIONEM.

Rub. 9.

1. **C**itatio ultra duas dietas extra dio-
cesim rei non ualeat, nisi c. nonnulli
de Rescrip. per litteras apostolicas de-
rogatum sit.
2. Reus, quando nō potest ultra unam
dietam extra suam diocesim citari.
3. Actore & reo eiusdem diocesis exi-
stentib. causa committi non debet ul-
tra illam, nisi in certis casib.

I 4

Si

Pars Prima

4. Si causa simpliciter est delegata duob. uel pluribus, Citatio uel sententia unius uel duorum non ualeat.
5. Delegati plures, si sunt dati cum clausula condicionali, Quod si non omnes etc. tunc citatio unius uel duorum non ualeat, nisi in citatione expressum sit de exoneratione collegarum.
6. Citatio ad locum dishonestum uel minus tutum non ualeat.
7. Citatio an possit die feriata decerni & exequi ut reus compareat die non feriata.
8. Delegatus, anteç terminus ad dicendum contra commissionem, citationem & eius executionem terminatus sit, nihil debet attentare.
9. Citatio est prima pars iudicii.
10. Citatio est ordinis iudicarij fundatum.
- II. Terminus ad dicendum contra commissio-

De Excep. Contra Cita. Rub. 9.

missionem, citationem & eius executi-
onem est de substantia, iudicij iudicis
delegati.



VPRA DICTVM
est, quomodo actor
uolens agere coram
iudice delegato se
debeat preparare ad
iudicium, similiter
postq̄ deliberauit
uelle agere, qualiter debeat impetrare
rescriptum apostolicum ad iudicem de-
legatum, qui sit in dignitate ecclesiasti-
ca constitutus, seu Canonicus Ecclesiæ
Cathedralis, seu qui sit officialis prin-
cipalis et non Foraneus Episcopi. Est eti-
am dictum qualiter Rescriptum sit iu-
dici presentandum & quod præsen-
tatio rescripti sit de processu. Item de pri-
ma parte Termini uidelicet ad dicen-
dum contra commissionem. Videbi-

I5 mus

Pars Prima.

mus nūc de secunda parte eiusdem termini, scilicet ad dicendum contra citationem. Et sic Reus potest in eodem termino, tam cōtra commissionem quam contra citationem, suas exceptiones in eadem charta proponere, dicendo sic, Insuper contra uestram pretensam Citationem illiusq; executiōem iniustam dico et allego, quod sit iniuste executa.

1. quia sum tractus ultra duas dietas a fine diocesis meæ, usq; ad locum uestræ pretensiæ presidentiæ contra c. nonnulli de rescriptis. Velsi non est derogatio illius c. in commissione, q; sum tractatus ultra unam dietam contra c. statutum
2. 3. § cum autem de rescrip. in vj. Vel cum actor & Reus sumus eiusdem diocesis sum tractus extra diocesim et extra causis a iure permisso contra d. c. statutum § cum uero de rescriptis in vj. & c. neminem iij. q. vj. et de ista materia habetis in c. ex parte tua, de appella. pa-
nor, et latius fely. in d. c. Nonnulli yſ.
ultimo

De Excep. Contra Cita. Rub. 9.

ultimo dubitatur, Et sic hodie & maxi-
me in foro ecclesiastico non curamus,
ius ciuile in aucten, ut diff. iudices § 1.
col. ix. ubi habet, q̄ non debet quis cita-
ri extra suam p̄uinciam, ne cogatur cū
dispendio peregrinari extra suam pro-
uinciam. Nec curamus in foro ecclesia-
stico l. unicam C. quando impera. inter
pup. & uel misse, pers. cog. ut ibi per

- ¶. Bar. et bal. Item potest excipi contra ci-
tationem, Q̄ fuerunt dati duo iudices
simpliciter et sine clausula, et unus solus
ex his citauit, q̄are sua citatio est ipso
iure nulla, ut c. causam matrimonij c. cū
causa et c. penul. de off. deleg. ubi p̄bat
q̄ quando sunt dati duo uel plures iudi-
ces simpliciter, non ualet citatio uel sen-
tentia unius tantum uel duorum tantū.
Et probatur in l. cum magistratus C.
quando pro. non est neces. & h. q. vi. §
¶. item si plures l. sicuti ff. de arbitris. Item
si sunt dati duo uel tres iudices dele-
gati cum clausula, Quod si non om-
nes etc. tunc Citatio unius uel duorum

Pars Prima

non ualeat nisi in Citatione expressum
sit de exoneratione uel uoluntate colle-
garum ut supra dictum est. Item si quis
est Citatus ad locum in honestum uel
minus tutum c. ex parte de appell. Spec.
in tit. de Cita. § j. vñ. item quod sit ad
locum. Item si quis est Citatus ad diem
feriatum uel dominicum non ualeat ci-
tatio. An autem citatio posset die do-
mínico uel feriato decerni & exequi ut
reus compareat die non feriato, uariæ
sunt opiniones & altercationes doct.
de quibus per Inno. panor. & alios in
c. fi. de ferijs. Tamen conclusio Moder-
no. doct. est, Quod licet Citatio facta
die non feriato ad diem feriatam non
ualeat. Citatio tamen decreta die feriato
ad non feriatum bene ualeat, Quia non
est actus iudicialis, sed potest fieri extra
iudicium, & in domo, & sine quocunq;
iudiciali strepitu & uocatione partis,
& illud obseruat consuetudo & stilus
Roma. Cur. & hoc etiam osten. decis.

Rot.

De Excep. Contra Cita. Rub. 9.

Rot. ccclxvij. incipien. si committatur
causa et ē in no. Si tamen quis uult op̄i-
niones & disputationes doct. euitare,
potest fscere decerni Citationem die
iuridico, et quod illam Cursor exequa-
tur die non feriato, & euitabit omnem

8. disp̄. Sed hic animaduertendum est
Quod anteç̄ hic terminus ad dicen-
dum contra Commissionem, Citatio-
nem & eius executionem terminatus
sit, Quod delegatus uel subdelegatus

9. non potest quicq̄b̄ attentare. Nam om-
nium actionum instituendarum, saltem
in preiudicialib⁹ et non notorijs, Cita-
tio est pr̄incipium § omnium Institu-

de pe. tem. litig. ij. q. j. c. ij. iiij. & c.

10. deus omnipotens cum multis si. Et Ci-
tatio est ordinis iudicarij fundamen-
tum Spe. in tit. de Cita. in prin. Bar. in
I. j. ff. de in ius uo. & in I. prolatam C.
de sen. & inter. om. iud. Et quia prius
debet constare de Jurisdictione Iudicis,
& cognito an sit Iudex, tunc demum

pro

Pars Prima

procedere debet iurisdictionis exerti-
tum c. super litteris ad fi. de Rescrip. c.
Romana § si uero uocatis, & ibi glo-
super yb. nō presumant de appell. li. vj.
Hæc autem cognitio non potest fieri
nisi parte aduersa, ad dicendum contra
commissionem, Citationem & eius ex-
ecutionem, citata. Et hic terminus est
de substantia Iudicij iudicis delegati, sic
quod illius omissio uiciat totum pro-
cessum.

C A V S Æ
PRIVILEGIATAE IN QVI-
BVS SIMPLICITER ET DE
PLANO ABSQVE IVDIC-
ORVM STREPITV ET FI-
GVRA PROCEDI
POTEST.
Rub. 10.

Causæ

Causæ Priuilegi.etc. Rub. 10.

1. Causæ beneficiales, decimarum, matrimoniales, & usurarum & ipsas tangentes, sunt a iure priuilegiatæ, ut in processu illarum non est necesse quod solemnis iudiciorum ordo seruetur.
2. Iudex in causis summarij, si uult, potest etiam contradictoribus partibus seruare uiam ordinariam.
3. Iudex, si papa uel imperator sibi committit causam cum clausula quod in ea sine figura iudicij procedere debet, non potest etiam partibus uolentibus procedere uia ordinaria.
4. Processus summarius unde dicatur.
5. Libellus in causis summarij non exigitur.
6. Litis contestatio in causis summarij non requiritur.
7. Libellus, licet in processu summario non datur, tamen non tollitur aliqualis peticio.

Feriae

Prima pars

8. Ferię ob necessitatem hominum inductae, non curantur in causa summaria.
9. Iudex, in causa summaria debet dilatationes, quantum potest amputare, exceptiones frustratorias et appellations frivolas recidere, et procuratorum contentiones & iurgia refrenare.
10. Citatio & iuramentum calum, in summarīs causis non tolluntur.
11. Positiones & articuli in summario processu admitti debent,
12. Romana. Cur. obseruat tantum quattuor terminos in causis summarīs.
13. Termini substantiales qui in causis prophanis & non priuilegiatis requiruntur.
14. Actor quando & qualiter petere debet terminum ad libellandū.
15. Citatione, quando non opus est.

Pro



RO CLARI
ori intelligentia sub-
sequentium termi-
norum substantiali-
um, hoc scire debe-
tis, quod a iure non-
nullæ causæ sic sunt
priuilegiatæ quod in
processu illarum non sit necesse seruare
solemnem iudiciorum ordinem, ut sunt
quatuor causæ enumeratae in cle, dispen-
diosam de Iud, uidelicet Causæ benefi-
ciales ecclesiasticæ, causæ decimarum,
Causæ usurarum & causæ matrimonia-
les, & aliæ causæ has quatuor tangen-
tes et ab eis dependentes ac illis annexæ
atq; accessoriæ. Ut sunt causæ super E-
lectionib, collationib, prouisionibus
præsentationes dignitatum beneficio-
rum ecclesiasticorum. Hæ enim causæ
dicuntur etiam beneficiales, & gau-
dent eorum priuilegijs. Sic etiam causæ
spoliationis factæ alicui in beneficio
K suo ecclæ

Pars Prima

suo ecclesiastico, Et interdictum recus
perandæ possessionis beneficij spoliti.
Similiter si quis soluerit usuras, & uult
illas repetere in iudicio, uel eas compes
fare cum forte super qua dedit usuram,
Hoc etiam respicit causam usuræ cum
suo priuilegio. Et hæ causæ ut diximus
sunt a iure ita priuilegiatae quod in eis
proceditur & procedi potest simpli
citer & de plano. & sine strepitu & fi
gura iudicij, etiam partibus inuitis &
contradicentibus, ut in d. cle. dispendi
osam & ibi glo. super uerb. ualeat, di
cit enim tex. notanter quod procedere
ualeat simpliciter & de plano etc. scilicet
si uult, non autem dicit quod pro
cedere debeat simpliciter & de plano,
quod uerbum esset præcepti & necessi
tatis, hoc etiam probatur in cle. Sepe
de uerb. signif. Quæ cle. cum am
pla fuit dubitatio apud antiquos de
significatione uerborum istorum scili
cet simpliciter de plano & sine strepitu
etc.

Causæ Priuilegi,etc. Rub.10

etç. ad auferendam illam dubitatio-
nem facta est, de quorum uerborum sig-
nificatione uide quoq; Bar. in tract. suo
2. ad reprimendum. Et dixi notanter si iu-
dex uult tunc potest in ijs causis proce-
dere simpliciter & de plano etc. Quia
si iudex non uult & sibi non placet
tunc potest procedere etiam in forma
iudicij ordinarij partibus inuitis uel al-
tera parte inuita. Hoc enim est reli-
ctum uoluntati iudicis & bene potest
eligere alteram viam scilicet ordinatam
uel priuilegiatam, ut d. cle. Sepe & d.
cle. dispendiosam cum glo. Sed hodie
stylus & consuetudo habet, quod in
istis causis iudices delegati communis-
ter seruent ordinem iudiciorum. Qui
stylus pro lege seruandus L. minime ff.
de legib. & doct. in c. ex litteris de con-
3. suetu. Secus tamen est in causis notorijs
& priuilegiatis a solemini iudicio-
rum ordine ab homine. Ut si papa
uel imperator committat causam cum

K 2 clausula

Pars Prima

clausula, Quod iudex delegatus uel
Conseruator procedere debeat simplis-
citer & de plano sine strepitu & figura
iudicij. Talis enim delegatus uel con-
seruator sic datus, debet & tenetur ser-
uare formam Rescripti uel suæ Com-
missionis. Ideo non potest procedere
iure ordinario etiam partib. uolentibus
propter uerbum, debet, positum in cō-
missione, quod importat necessitatem.
Et si aliter procederet, processus esset
nullus c. cum dilecta cum similib. &
ibi glo. & Doct. de Rescrip. Secus si
esset dictum in rescripto uel Commis-
sione, quod delegatus procedere ualeat
uel possit simpliciter & de plano etc.
tunc enim esset hoc relictum suæ po-
testati, qua uia progredi uelit in proces-
sus iudicij. Dicitur autem hic proce-
sus ideo summarius, quia in eo de ne-
cessitate non obseruatur ordo iudicij.
5. Hoc est quod non exigatur libellus,
6. nec litis contestatio requiritur. Licet
partes

Causæ Priuilegi, etc. Rub. io

7. partes hincinde possint dare aliqualem peticionem in scriptis uel uerbo, ut posse sit iudex desuper Sententiam formare, cum hoc sit ius quasi naturale, ut patet in questione de Muliere, quæ coram Salomone filium suum postulauit, dum dicit filius meus uiuit & filius istius mortuus est. Conclusio autem non est
8. necessaria in tali peticione. Item iudex in tali processu non curat ferias ob necessitatem hominum inductas, quia in
9. illis potest procedere. Item iudex debet superfluas dilationes amputare, et quantum potest lites abbreviare. Et exceptiones frustratorias & friuolas appellare, non admittere. Et similiter aduocatorum & procuratorum contentiones & iuris refrenare, nimiam quoque multitudinem testium restringere, probations tamen & necessarias defensiones
10. admittere. Verum tamen est, quod Cis tationes & præstationes Iuramenti de calumnia parte postulante, iudex non

K 3 debet

Pars Prima

11. debet reīcere, neq; positiones & articulos, uel alia quæ deseruiunt ad ueritatem & iusticiæ inuestigationem excludere.
12. In Cur. autem Roma. seruantur in casibus præmissis solum quatuor termini substantiales, scilicet Terminus ad articulandum, ad dicendum, & excipiendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra omnia producta. Et quomodo isti termini debeant obseruari patebit infra. Aduocati tamen in partibus consueuerunt post finem positionum & articulorum annexere aliqualem petitionem. Sed in Cur. Ro. cum iam uult iudex ferre sententiam, ante conclusionem partes hincinde dant suas petitiones pertinentes secundum illas fieri sententiam, & hæc de terminis substantialib. in causis priuilegiatis. In alijs autem causis ut prophanis et non priuilegiatis isti termini non sufficiunt, sed requirunt alij termini substantiales, de quibus omnibus infra

Causæ Privilégia, etc. Rub. io.

14. infra suo loco dicemus. Postq; autem Reus, ut supra traditum est, ad dicendum et excipiendum contra commissiōnem, Citationem et illius executionē est Citatus, nihil autem dixit uel exceptit, saltem quod releuet, Tunc debet actor uel eius procurator Terminum ad libellandum petere dicendo sic, Reuerende pater, uel si non est abbas, uenerabilis domine Iudex, Quia de mandato pater, uest, aduersarius meus. N. ad dicendum et excipiendum contra commissiōnem, citatiōem pater, uest, et illius executionem citatus est, ille aut nihil dixit neq; exceptit saltem q; releuet, propterea peto eum cōtumacem reputari nec nō in illius contumaciam, Terminū, ad libellandum ad octauam diem iuridicam. Et hoc si iudex procedit uia ordinaria. Quando autem procedit, uia priuilegiata sine libello & litis contestatione, Tunc dicat & peto terminum ad dandum & dari uiden-

K 4 dum

Pars Prima

dum summariam petitionem hinc inde ad primam diem iuridicam. Est enim ille terminus communis actori & reo, cum utraq; pars poterit dare libellum uel mutuam petitionem suam. Nunc si ab actore ita petitum est, iudex debet decernere Citationem ad libellum dari uidendum si est causa ordinaria. Si autem priuilegiata, tunc ad dari uidentur summariam petitionem. Sed circa hoc notandum est, quod si ambo partes scilicet actor & Reus sint praesentes, per se, uel procuratores, tunc non est opus Citatione, Sed actor simpliciter dicat & petat in praesentia partis aduer sa terminum statui & prefigi. Est etiam hoc sciendum. Quod ubi datur alicui partium terminus ad aliquid faciendum, excipiendum uel producendum, tunc huic termino satisfit, & excusatur, aliquid facere seu producere debens, si in illo termino statuto facit uel producit aliquid uerbo tantum cum protestatione

Causæ priuilegia, etc. Rub. 10,

statione de illo laciis dando, realiter &
facto in scriptis suo loco & tempore
congruo. Quoniam hoc ualeat & excus-
sat contumaciam. Nisi esset terminus
statutus ut facto & realiter producat.
Secus tamen est si in termino nihil fa-
ceret seu produceret, quia tunc esset
contumax reputandus, ut ostend. decis.
Rot. D. ccc. xv. incipien. Sciendum est
quod si in aliqua causa spirituali in an-
tiq.

DE TERMI NO AD LIBEL- LANDVM.

Rub. II.

i. Actor quomodo & quando suum
libellum, uel summariam peticionem,
K 5 secun-

Pars Prima

secundum qualitatem causæ , exhibere
debeat.

2. Actor, quando terminum ad respon-
dendum libello , litem contestandum
& de calumnia iurandum, petere de-
beat.



ERMINO AD
libellandum adueni-
ente, tunc actor , si-
ue reus compareat si-
ue non, petat, si fa-
cta est Citatio per
Cursorem, ut fiat re-
latio qualiter executa sit. Si uero ex-
ecutio esset facta per Notarium, tunc
petat actor ut Notarius producat
instrumentum siue prothocollum fa-
ctæ executionis. Si autem statuitio fue-
rit facta partibus præsentibus a iu-
xta dice tunc solum dicat, Reuerende pa-
ter, Iudex & Commissarie apostolice,
Quia

De Termine ad Libel. Rub. II.

Quia Citatus est aduersarius meus, uel quia prefixisti mihi & aduersario hanc diem, horam & locum, ad libellandum & libellari uidendum, si esset in causa prophana, uel si esset in causa summaria ad dandum dariq; uidendum mutuam peticionem ut appareat in actis. Ideo ego procurator & eo nomine N. principalis mei compareo, & ad satisfacientium huiusmodi termino do et exhibeo libellum siue summariam peticionem realiter & cum effectu in scriptis, uel uerbo tantum, cum protestatione de laicus dando in scriptis. Et accuso rei Citati non libellantis, & libellari uidendum non curantis contumaciam.

2. Et peto in illius contumaciam, mihi citationem ad libello respondendum, litem contestandum & ad iurandum & iurari uidendum & audiendum de calumnia uitanda & ueritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis, in & sub iuramento calum.

Pars Prima

calum, contentis ad primam diem iuri-
dicam decerni. In ordinarijs enim Iudi-
cij s isti termini sunt simul obseruandi,
In summarij autem non requiritur lis
bellus nec lis contestatur. Reus autem
postquam in isto termino comparuit, po-
test petere copiam libelli expensis acto-
ris, siue sit coram delegato, siue coram
ordinario & petere potest inducias de-
liberatorias ut supra circa præparatori-
as diximus, & ibi aliquomodo lacius
tractauimus ubi potestis uidere,

DE TERMI NO AD DELIBE- RANDVM.

Rub: 12.

¶ Deliberatoriae sunt de substantia,
quare

De Termino Ad Delibe. Rub. 12.

quare si denegarentur processus redēretur nullus.

2. Terminī a lege, tamen iudicis ministerio dati, per iudicem possunt non nunq̄ augeri uel minui.
3. Terminus qui datur a lege & quoq; ministerio legis, per iudicem non potest immutari.
4. Reuis, que infra terminum delibera-
torium debeat facere.



ETITIS ERGO
a reo inducijs, iudex
debet ei illas conce-
dere, nam si denega-
rentur Reo, proces-
sus redderetur nul-
lus, quia sunt defub-
stantia iudicij l.j.in princ. ff. de eden. &
ibi per doct. Bar. Bal. & Alex. de imo.
in h. notab. pro quo facit auſten. offe-
ratur

Prima pars

- ratur C. de litis contest. & iij. q. iij. § offeratur. Et iste terminus habet uirginem.
2. tñ dies, potest tamen per iudicem minime uel augeri, secundum qualitatem causæ, personarum & locorum, quia datur a iure, ministerio tamen iudicis. Secus est in his terminis qui dantur a lege & ministerio legis. Ut si quis grauetur per aliquam sententiam, tunc habet decem dies ad appellandum a iure ministerio legis, id est sine alia administratione iudicis, & hoc ita obseruat consuetudo & practica. Debet autem
4. Reus infra huiusmodi terminum deliberatorium tria facere, Primo debet de liberare utrum uelit contendere an liti cedere. Secundo si habet iudicem suspicuum tunc debet eum infra eundem recusare si est delegatus, uel si fuerit suus ordinarius ei alium adiungere L. apertissimi & L. fi. ubi doct. C. de Iudic. Tertio si uult opponere exceptiones, dilatorias exceptiones, ut quia actor

Causæ Privilegi, et c. Rub. 10.

actor sit minor uel quod procurator non habeat mandatum & sic de alijs hoc debet facere infra istum terminum nam si esset lapsus cum istis exceptionibus non audiretur secundum Bal. & Paul. de cast. in d.l.j. ff. de ædendo, & supra de hoc quoq; nonnihil attigimus. Quando nunc reus infra terminum delibratorum exceperit, posse contra libellum, quod sit impertinens non concludens, tunc actor contra illam exceptionem potest replicare. Rursus potest reus contra replicationem duplicare. Actor triplicare, Reus quadruplicare, Actor quintuplicare Reus sextuplicare, & sic consequenter potest semper reus se defendere ne cogatur item contestari. Et si reus ius subterfugit, potest actor dicere generalia contra & petere interloqui super huiusmodi exceptionib. replicacionibus et c. & ad hoc ut pars aduersa citetur petere debet. Et si iudex desuper inter-

Pars Prima

interloquatur et partem aliquam gra-
uet, illa potest appellare, & sic litem us-
q; ad campos Elizeos & mare mag-
num deducere. Bene ergo facit impe-
rator, & bene faciunt leges, ab huius-
modi interlocutorijs appellari non per-
mittentes, dummodo grauamina in in-
terlocutorijs illata, possint in appellatio-
ne a diffinitiuia interposita reparari, de
quo infra dicetur cum tractabimus de
appellationibus.

DE LITIS CONTESTACIONE ET IV- RAMENTO CALVM- NIAE,

Rub. 13.

1. Litis contestatio qualiter fiat.
2. In iuramento calumnię quinq; capi-
tula continentur. Quan-

De Lit. Con. & Iura. Cal. Rub. 13.

3. Quando iurandum sit de calunnia.
4. Non est de substantia quod statim post litem contesta, iuretur de calunnia.
5. Iuramentum calum. per partes tace remitti potest non autem expresse.
6. Consuetudo de non prestando iuramen. calum, non ualeat.
7. Actor prius iurare debet de calunnia quam Reus.
8. In iuramento calum. iuratur de cress dulitate & non de ueritate.
9. Dilatio ad iurandum de calum, an et quando sit danda.
10. An de necessitate requiratur in presentandis iuramentis tactura Euangeliorum.
11. An de iure Saxonum debeat iuramentum cal. prestari.
12. Opiniones, si sunt uariæ super materia

Luria

Pars Prima

ria alicuius legis obscuræ quid iudices
in iudicando obseruare debeant.

13. **Glossa contra expressum tex. non est alleganda.**



I NVNC RE^s
us in predicto ter-
mino contra libel-
lum aut contra sum-
mariam petitionem
nihil exceperit, tunc
debet lis contestari

1. cum generali clausula scilicet . Dico &
allego narrata pro ut narrantur non es-
se uera , preterea petita pro ut petun-
tur fieri non debere, animo litem con-
testando negatiue. Deinde iurandum
est de calumnia uitanda,cum omnibus
& singulis capitulis in & sub iuramen-
to calum, contentis . Quorum sunt
quinq^u, unde uersus. Illud iuretur quod
lis sibi iusta uidetur. Et si queretur ue-
rum

De Lit. Cōn. & Iura. Cal. Rub. 13.

rum non inficiet. Nil promittetur nec falsa probatio detur, Vt lis tardetur, dislatio nulla petetur, habes de hoc in c. i. ubi glo. in uerbo iuramentum de iuramen-
to, calum. Et hoc iuramentum, uel statim post litis contest. præstandum est c. cum causam in fī. de iura. calum.
& Spec. eo tit. § j. in princ. uel in qua-
cunq; parte iudicij, maxime ubi una personarum ex litigantibus uidetur
calumniari. De substantia enim ordi-
nis iudicarij non est, quod statim post litem contestatam iuretur de calum. c.
j. in princ. de iura. calum. in vj. Item ualeat processus iudicarius licet non sit iuratum de calum. dummodo ali-
as fuerit legitime processum. Pos-
test enim iuramentum calum, per partes tacite remitti, licet non ex-
presse, ut in d. c. j. § j. ubi glo. cum concord. eo tit. in vj. Nec ualeat con-
suetudo ut non iuretur de calum-
ut in eadem glo. & c. ceterum eo tit.

L 2 Hoc

Pars Prima.

Hoc autem iuramentum primo debet
8. præstare actor deinde Reus. Et iurant
de credulitate quod Credant et putant
causam esse bonam. Non autem de ue-
ritate quod causa sit bona & iusta d. L.
ij.C. eo.tit. Si enim iurarent de ueritate
periculum esset quod alter partium in-
currat perjurium. Et deniq; iurent utriq;
usq; partis aduocati L. rem non nouam
§ patroni C. de Iud. § utriusq; institu-
de pe.te.litig.hoc tamen in desuetudi-
nem uenit iuxta glo. not.in d. § utriq;
usq; & glo.in uerb.tactis in d. § patro-
9. ni. An autem & quando dilatio ad iu-
randum de calumnia sit danda, uide
glo. & doct.in d.l.ij.in uerb. rei qualis-
10. tas C. eodem. Sed an de necessitate re-
quiratur in prestandis iuramentis tactu
ra Euangeliorum uide quæ dicit do-
Ias. post alios in aueten. Sacramenta
puberum C. si aduersus uendi. mihi in
ij. col. vsic.in textu ibi Sacramenta.
11. Circa premissa plurimi errat ex nostris
& alijs.

De Lit. contest. & iura cal. Rub. 13.

& alijs, qui dicunt & cum periculo a-
nimarum sūtarum sentiunt, Quod de
iure Saxonum non sit iurandum de
calumnia, Neq; positionib. per iuramen-
tum calum.respondendum ut Lehens-
recht c. lxvij. in glo. pe. quæ dicit. Man-
worumb es ist jnn vnserm rechten ni-
cht gewonlich, das man thut Iuramen-
tum calumnie. Vbi glo. se fundat super
pretensa consuetudine, dum dicit. Es ist
in unserm rechten nicht gewonlich. Et
sic multi errant cum ista diabolica glo.
quæ nihil allegat quod subsistat in iure.
Non attendentes quod hæc pretensa
consuetudo est reprobata per contra-
riam consuetudinem a iure corfirma-
tam & approbatam, Nam tex. in d. cle.
Sepe dicit claris uerbis. Et quia positio-
nes ad faciliorem expedicionem litium
usus longeius in causis admisit, nos
huiusmodi usum obseruari uolentes
statuimus et̄. Ecce Constitutio Ca-
nonica & apostolica, quæ obligat

L 3. ad ob-

Pars Prima

ad obseruantiam etiam in causis priuilegiatis ubi proceditur simpliciter & de plano. forcius ergo in causis ordinarijs ut ibi in glo. in uerb. obseruari. Constat autem quod Constitutio Canonica habeat uim legis, ubi non habemus casum in lege ad litteram expresum. Et Canones qui sunt de precepto, sunt ab omnibus obseruandi ut est d. cle. Sepe, Et nemo iudicium utatur suo sensu & sua fantasia c. j. & ibi doct. de Constitutione. & c. ne innitaris, eo tit. Et disco ab omnib. id est tam in iudicio Ecclesiastico quam seculari ubi lex non contradicit canoni pro ut hic. Cum leges non dedignantur sacros cano. imitari c. j. de no. ope. num. cum mult. similib. Et re uera iste non est iudex sed Ribaldus, qui contemptis legib. & Cano. iudicat suo sensu c. forus § in omni de uerb. signif. ubi habetur, quod non est iudex, in quo non est iusticia. Hæc tamen ueritas est, quod ubi sunt uariae

De Lit. Con. & iura Col. Rub. 13

uariæ opiniones de materia' alicuius
legis oscuræ, tunt iudex potest elige-
re unam quæ sibi uidetur magis pro-
babilis, de quo per Spe. de app. § ix. us.
circa hoc. Preterea contra tex. et glo. iu-
ris Saxon. supra allega. est alicuius tex.
eiusdem iuris & ibi glo. Lantrecht l.
ij. art. xxij. § zeucht ein man sein
gezeugnis auff den man etc. hoc
est, si pars refert testimonium suum
ad partem aduersam, scilicet formando
sibi positiones per iuramentum & pes-
tendo illis responderi per iuramen-
tum, unde ibi glo. dicit hic tangun-
tur ea, quæ positiones in legibus
nuncupantur. Et sic tex. & glo. iuris
Saxo. admittunt positiones. Et est
etiam practica tocius mundi. Iusuper
cum habemus practicam tocius mundi
et Cano. de admittendo iura. calum.
ideo ab eis non est recedendum L.
sed licet. glo. & ibi odofre. ff. de off.
pres. Non enim attendendum est quod

L 4 factum

Pars Prima

factum est, seu quod fit, per Ribaldos
& impios iniustosq; iudices, sed quod
fieri debet secundum leges & Cano,
expressas, eo quod non exemplis sed le-
gibus iudicandum est l. nemo C. de sen.
& inter, om. iud. cum similib. Et dicit
Bal. in d. L. sed licet, Qz mala practica
non est seruanda ubi habemus legem
31. in contrarium. Neq; est eundum per
argumenta nec glo. est alleganda ubi
habemus tex. firmum. d. L. sed licet &
ibi glo. ff. de. off. pref.

DE TERMI
NO AD PONENDVM
ET ARTICV-
LANDVM.

Rub. 14.

Actor

De Termi.ad Ponen.etc. Rub.14.

1. Actor quando terminum ad ponendum & articulandum petere debet.
2. Actor quando debet exhibere & producere suas positiones,
3. Actor , si dederit libellum articulatum, tunc sufficit quod eum in termino ad ponendum repeatat.
4. Libello articulato,in quantum est libellus respondetur de ueritate, in quantum autem sunt positiones respondetur de credulitate.
5. Responsio de Credulitate ad positiones, tantum preiudicat quantum responsio ad libellum de ueritate.
6. Positiones habentur hodie loco interrogacionum quæ olim fiebant.
7. Positiones & articuli in substantia sunt idem.
8. Positiones et articuli super quibus fieri debeant.

L5 De

Pars Prima

9. De tota materia positionum remis-
sive.
10. Positiones an debeant de iure Saxo-
num admitti.
11. Positiones non propterea sunt inuti-
les quod pars negauit contenta in li-
bello.
12. Index debet habere in mente duos
sales, salem scientiæ , & salem securæ
conscientiæ.
13. Dilatio ad probandum data, non in-
cipit currere anteq; aduersarius respon-
derit positionibus.
14. Testes si sunt producti & iurati in
termino probatorio statuto ab homi-
ne, possunt post terminum examinari.
15. Fallit hoc si terminus effet statutus
ad probandum & probatum haben-
dum.
16. Fallit hoc quoq; in termino proba-
torio dato a lege.

Postq;

De Termi.ad Ponen.etc. Rub.14.



OST Q V A M
ad libellum respon-
sio facta est, lis con-
testatus , & iura-
tum de calum. A-
ctor seu illius pro-
curator peter , sta-

tui et prefigi hincinde terminum ad po-
nendum & articulandum , & hoc si
utraq; pars sit præsens. Si autem Reus
uel ipsius procurator fuerit absens,tunc
actor petat Citationem contra Reum
uel eius procuratorem ad ponendum &
articulandum , poniq; & articulari ui-
dendum & audiendum decerni,in be-
neficialib. summarij ac priuilegiatis
causis ad xij. diem. In causis uero pro-
phanis ad diem xv. Iuridicam, iuridica
si fuerit, alioquin ad sequentem diem
iuridicam . Quo termino adueniente
actor ul' illius, pcurator compareat et di-
cat, Reuerēde pater iudex et Cōmissa-
rie apostolice, Ego pcurator N.principa-
lis mei

Pars Prima

lis mei etc. Compareo, produco & exhibeo huiusmodi positiones & articulos realiter & in scriptis, uel uerbo tantum (si non 'habet secum positiones) cum protestatione de dando, facto & realiter in scriptis loco & tempore congruo, petens mihi decerni Citationem contra partem aduersam ad dicendum & excipiendo contra huiusmodi positiones & articulos, si est causa prophania ad octauum diem, in beneficialibus autem & priuilegiatis, ad secundam diem iuridicam, iuridica si fuerit. Si autem Reus elset præsens in iudicio, dicat. Et peto prefigi parte aduersa hic in præsenti rerminum ad dicendum et excipiendo contra positiones & articulos etc. Et postq; actor sic exhibuit suas positiones, petat sibi Reus copiam positio num ad statim decerni, quod Iudex facere tenetur. Est autem circa hoc notwithstanding. Quod si actor in termino ad libellandum dederit libellum articulatum, tunc in termino ad ponendum &

De Termi, ad Ponen, Rub. 14.

articulandum actor potest repetere libellum suum. Et sic dicere, Domine iudex, alias in termino statuto ad libelandum dedi in hac causa libellum articulatum, quare satisfaciendo huic termino hodierno repeto libellum meum loco positionum & articulorum, & petto Citationem mihi contra aduersarium decerni, ad dicendum & excipiendo etcet. Et ut actor in isto termino suas positiones producit, uel suum libellum articulatum repetit, ita quoque potest facere Reus, Nam positiones sicut ab utraque parte hinc inde c. unico de litis contest, c. dudum circa me diu ibi, et factis positionibus & responsionibus etce, la, ij, de Elect. Et hic sciendum est, quod libello articulato in quantum est libellus respondeatur de ueritate, in quantum uero sunt positiones respondeatur de Credulitate per uerbum credit uel non credit. Et tantum preiudicat responsio de credulitate ad posse

4.

5.

Pars Prima

- positiones, quantum responsio de ueritate ad libellum. Et uideat hic Nouicij ad huc non habentes practicam, Quod hodie positiones sunt adiuentæ loco interrogationum, quæ olim fiebant ut dicit glo. i. & magistra in c. j. de confes. in vj. Ideo quæ olim fiebant interrogatiue, hodie fiunt positivæ. Exemplum Actor agens peticio, hered. dicebat olim sic, domine iudex quæratis a reo aduersario meo an sit heres istius. Item quæratis ex qua parte sit heres. Hodie uero huiusmodi interrogatio-nes recesserunt ab aula & loco earumdem habentur positiones. Ut pono te esse heredem talis. Item pone te heredem ex afse, etc. ut in d. glo. magistra et per Bar. in l. ubi cinq; ff. de inter. actio. Preterea & hoc omnino sciendum est.
7. Q₂ positiones & articuli in substantia sunt idem, sed solum differunt secundum finem. Quia positio datur ad finem

De Termi.ad Ponen.etc. Rub. 14.

nem quod Reus ad illum respondeat & actor per confessiones rei releuetur ab onere probandi, quod enim confessatum est in iudicio, non oportet probari, cum in confessum non sunt partes iudicij in procedendo sed in exequendo. Articuli autem fiunt ad illum effestum, quod si reus respondendo ad positiones, neget positiones in toto uel in parte, ut actor negatas positiones in quantum sunt articuli probare possit per testes. Igitur cause ponendum & dicendum est, responderi ad positiones & articulos ad probandum admitti & non positiones, de hoc habetis in c. ij. in glo. 8. in uerb. articulis & ibi per Doct. de testi, in vij. Debent autem fieri positiones & articuli super contentis in libello, & non super materia aliena, quae in libello proposito non possit comprehendendi, & sic positio debet

Pars Prima

silio debet fundari & extrahi de libello
quare uolens facere positiones debet
semper habere libellum pre oculis.
Nam illud quod non sit in libello con-
tentum, non debet in positione deduci,
9. & si deducatur non respondetur, de
quo & quid sit positio quid articulus
& de tota ista materia positionum &
articulorum remitto uos ad allega, glo-
magistram in c.j.de confes.in vj. et glo-
& doct,in uerb. Articulis c.ij. de testi.
in vj.Spec.in tit.de positio. Bal.in l.ge-
neraliter § sed iuramēto C.de reb.cred.
& abb.in c. cum causam de Iura. ca-
10. tum. Et hic non possum non tange-
re quosdam docto, qui pessime pro-
nunciant & dicunt. Quod positiones
de iure Saxonum non admittuntur ne-
q̄ locum habeant ex eo quod inducant
prorogationem litis, & ideo partes eti-
am non teneantur respondere, ita pes-
sime pronunciant quidam & tamen si-
ne lege & iure, contra tales sic dicentes
est ex-

De Termi.ad Ponen. Rub.14.

est expressus tex. in d. cle . Sepe §, & quia positiones & articuli ad faciliorem expeditionem licium usus longeius admisit et̄. & ibi per glo. & doct. Bal. & moder,in c. dudum ij. de Electio. Item contra eos est decis. Rot. cj. incip. omnes domini in no. quæ probat, quod positiones & articuli sunt de cetero, de stylo & æquitate seruandi. Nec sunt audiendi dicentes, non est utile admitti positiones, cū hoc sit contra tex.d. cle. § Et quia, & ibi glos. in yb. confes-
siones. Nam licet pars neget contenta in libello aut petitionem actoris , ta-
men ad huc sunt utiles positiones, quia forte pars aduersa respondendo illis, confitetur aliquid in specie, quod ne-
gauerit in genere . Iniuriam ergo faci-
unt legi, qui uolunt esse uel uideri me-
liores, uel prudentiores lege in aucten-
de iudi, § oportet colla. vj. per Bar. &
Bal. in L.ij.C.de sent. ex per. recit. ubi
dic. Quod bonus iudex debeat in men-

M te ha-

Pars Prima

- te habere duos sales, salem scientiæ LL.
& salem securæ conscientiæ. Iudex au-
tem non habet timere conscientiam, si
sequitur conscientiam legis, cum lex
- 13.** nulli facit iniuriam. Denique notandum
est, quod dilatio ad probandum data,
non incipit currere anteque aduersarius
respondeat positionibus sub iuramento
calumniæ secundum Bal. post Spec. in
l.f.i. ff. de fer. & idem Bal. in l.j.C. de iu-
ra calum. & est de hoc glo. ordina. su-
per yb. post dationem in d. cle. Sepe
in uers. nos usum huiusmodi, de uerbo.
significa. Est tamen & hoc sciendum,
quod ubi cunque datur terminus seu di-
latio ad probandum, intelligitur etiam
terminus ille datus ad ponendum &
articulandum, et ad producendum te-
14. stes & faciendum illos iurare. Et postque
aduersarius responderit positionib. in
termino statuto ab homine, tunc potest
probare debens, testes productos et iu-
ratos facere examinari super negatis
posicio-

De Termi.ad Ponen.etc. Rub.14.

positionibus etiam post terminum pre
fixum ad probandum, dummodo tamē
infra terminum solicitauerit & petiu-
rit iudicem, ut testes examinarentur,
tunc enim negligentia iudicis non noce-
bit parti. Ista pbantur per paul.de cast.
post Bal. in l. fi. ff. de fer. Bal. super Ru-
C. si ex fals. instru. Bar. in l. damni §
fabini ff. de dam. infec. Pet. de ancho.
Io. de imo. in cle. unica de off. del. pa-
nor. in c. significauit, de testib. in iij.
not. & latissime Feli. in c. licet in xij.
& xiij. col. de probatio. Spec. in tit.
de test. § qualiter uersic. Is quoq; &
15. ibi Io. and. in addici. Quod uerum in
tellige, nisi esset statutus Terminus ad
probandum & probatum habendum,
secundum paul. de cast. ubi supra bar. in
d. § fabini Bal. Sali. & Moder. in l. si
16. quando C. de testib. Secus est si alicui
terminus fuerit statutus a iure cōmuni,
uel municipali, ut sunt octo dies ad ad-
pbandam excōmunicatiōem obiectā,

Pars Prima

c. pia de excep. in vj. In quibus terminis non sufficit, quod testes infra eosdem iurauerint, sed oportet quod etiam deposuerint. Sic in iure Municipali. dicitur in iure Sax. Lant. li. j. art. lxxij. Wer sich gezeugen anmaest, der sol volkommen in sechs wochen oder zu hand. Idem dicitur weichbil art. lxxv. & art. 86. Quod uolens probare per testes debet hoc facere infra sex ebdomadas, uel ad statim. Quare, cum hic terminus est statutus a Iure, non sufficit quod testes infra hunc terminum iurauerint, sed debet quoque deposuisse, quod probatur per Bal. in Rub. ad fi. C. si ex fal. instru. & d. iurib. in j. membro supra alleg. Et si staret per iudicem quod testes infra terminum non examinentur, agendum est contra Iudicem examinatorem negligentem ad interesse, & damna per ea que not. C. de pe. iudi. in Rub. & l. ij. ibidem.

De

DE TERMI NO AD DICENDVM CON- TRA POSITIONES ET ARTIC.

Rub. 15.

1. REVS quando suas exceptiones contra positiones & articulos dare debeat,
2. Reus si contra positiones exceperit potest actor replicare, Reus duplicare, & sic consequenter.
3. Termini autem ad replicandum, duplícandum etc. dantur pro arbitrio ius dicis,
4. Iudex si pronunciauerit positiones actoris esse pertinentes, cum tamen sint inpertinentes, Reus de tali interlocutoria potest appellare.

M 3 Iudex

Pars Prima;

5. Iudex ad quem, si pronunciet bene esse appellatum, per hoc tota causa principalis ad eum devoluitur.
6. Iudex non debet deferre appellatio-
ni friuolæ, sed appellanti apostolos re-
futatorios dare.

I.



D VENIENTE
termino ad dicen-
dum et excipiendum
contra positiones &
articulos, Procurator
Rei det exceptiones
sueas contra positio-
nes et articulos in scriptis uel uerbo tan-
tuin, cum protestatione de laciis dan-
2. do. Ex aduerso procurator actoris, pe-
tit sibi copiam exceptionum decerni et
terminum ad replicandum statui. Et isti
3. termini, scilicet ad replicandum, dupli-
candum, triplicandum etc. sunt positi in
arbitrio iudicis pro magnitudine et qua-
litate

Contra Positio, Rub. 15.

litate causæ, & personæ, nam non habet certum terminum in iure statutum. Postea Reus petat copiam replicationis et terminum ad duplicandum statui, similiiter actor si uoluerit ad triplicandum, reus ad quadruplicandum & sic consequenter, usq; iudex interloquatur. Sup omnibus enim his fertur a iudice una interlocutoria, an positiones & articuli sint admittendi. Ideo actor petat terminum ad audiendum uoluntatem domini. Tunc Iudex statuet eis terminum ad audiendum suam interlocutoriam sententiam, quo termino adueniente, actor petat super productis interloqui. Tandem iudex interloquitur super pertinētia uel impertinentia admissibilitate uel inadmissibilitate positionū et articulorum. Et si iudex pronunciauerit articulos actoris esse pertinentes & admissibiles, tunc petat actor suas positiones et articulos admitti. Si uero articuli fuerint impertinentes non

M 4 reles

Pars Prima

releuantes, Et sic interlocutoria iudicis
super admissibilitate fuerit iniusta, pro-
curator Rei mox debet protestari de
grauamine & appellando a tali inter-
locutoria, & postea infra decem dies
appellare & apostolos petere iuxta c. i.
de appell. in vj. Et si tunc appellans ob-
tineret in causa appellationis a graua-
mine interposita, ut quia super appel-
latione pronunciatum sit, bene appel-
latum esse, tunc tota principalis causa
deuoluuntur ad iudicem ad quem, c.
ut debitus in fi. de appella. c. cordi
de appella. in v. & not. per Bar. in l.
eos qui. C. de appella. Nam cum Iudex
semel sit malus iniuste aggrauando,
ideo in futurum præsumitur peior. L.
cassius ff. de Senato. et l. si cui § hisdem
ff. de accus. Si uero articuli essent per-
tinentes, & sic interlocutoria iusta, Re-
uis autem nihilominus appellaret, Tunc
illa appellatio est friuola & non admit-
enda, Sed ad eam sunt dandi apostoli
refutatoriij.

Contra Positio. Rub. 15

refutatorij, ut in e; cum appellationibus
de appella. in vi. Cauti tamen iudices,
post istas altercationes an positiones et
articuli sint admittendi uel non, solent
sic uel in illum effectum pronunciare.
Articulos talis actoris coram nobis ex-
hibitos admittimus ad probandum,
saluo iure de impertinentibus non ad-
mittendis, per hanc interlocutoriam
solum sunt admissi articuli pertinentes
& impertinentes reiecti.

**DE TERMI
NO AD RESPONDENDVN
POSICIONIBVS.**

Rub. 16.

Actor quando debeat petere terminum ad respondendum suis positionibus.

M 5 Iura-

Pars Prima

2. Iuramentum per quod respondetur positionibus, est credulitatis non ueritatis.
3. Fallit hoc in causis spiritualibus & illis annexis, in quibus iuratur & respondet de ueritate.
4. Iuramentum de ueritate & de calumnia quid differunt remissione.
5. Cursor quomodo debeat relationem facere.
6. Actor, si reus in primo termino positionibus non responderit, quomodo debeat contumaciam rei accusare, & secundum terminum ad respondendum petere.
7. Actor quando debeat petere tertiam citationem contra aduersarium, ad respondendum positionibus suis.
8. Reus, si ter citatus fuerit, positionibus autem non responderit, tunc actor ad conuincendam omnem maliciam, quartam Citationem contra eum discerni petere debet.

Reus.

De Ter.ad Respon.Posicio. Rub.16.

9. Reus, si positionibus non sufficiens responderit, quomodo debeat cogi ad sufficienter respondendum.
10. Reus, si ab ipso iudice in faciem fuerit iussus respondere positionibus, respondere autem recusaret, habetur pro confesso.
11. Fallit hoc, si non esset monitus et iussus in faciem a iudice.
12. Positioni Criminosæ non respondeatur.
13. Item si sit impertinens.
14. Item si sit positio iuris.
15. Item si sit de facto alieno.
16. Procurator si est homo rixosus, principalis autem legalior & instructior, de merita causæ, tunc potest actor petere ut principalis respondeat positionibus, & ut procurator non audiatur.
17. Procurator habens speciale mandatum iurat de calum.

Procur

Pars Prima

18. Procurator præstanto iuramen^{tum}, casum, uigore specialis mandati, iurat in animam domini sui.
19. Reus positionibus non respondere tenetur per iuramentum, nisi prius actor iurauerit super datione suarum positionum.
20. Actori non licet, quod reo licitum non existit.
21. Positiones, post & ante litis contesta, fieri possunt.
22. Super casib. raro contingentibus nō fit lex.



O S T Q V A M
nunc articuli tanc^h
pertinentes & relevantes a iudice sunt
admissi, Tunc actor
petat sibi citationem
decerni contra pro-
curato-

De Termi.ad respon. Positio. Rub. 16.

- curatorem partis aduersæ , si sit aliquis procurator apud acta constitutus. alias contra partem principalem ad respondendum singulariter singulis positionibus suis, sibi oblatis, in causis prophanis ad xv. diem, in priuilegiatis ad xij. diem iuridicam, Iuridica si fuerit. In casu autem quo pars aduersa præsens fuerit in iudicio, petat actor assignari & statui hincinde terminum ad respondendum
2. etc. Et hic notandum est quod Iuramentum per quod respondetur positionibus , est credulitatis non ueritatis, attamen idem in utroq; surgit effectus
3. ut not. in c. ex litteris de iureiurand. Secus autem est in causis spiritualibus & illis annexis, quia in illis non sufficit responsio de credulitate, sed iuratur & respondetur de ueritate, ut in c. litteras & ibi per glo. & abba. de iura, calum.
4. Quæ autem sit differentia inter iuramentum de ueritate & de Credulitate, est glos. in d. c. ex litteris de iureius
ran.c.

Pars Prima

- ran. c. dudum la. ij. & ibi per doct. de
Electio. Adueniente itaq; termino sta-
tuto ad respondendum singulariter sin-
5. gulis positionib. petat actor ut Cursor,
qui executionem Citationis fecerit, re-
lationem faciat, quam petat actor apud
acta registrari. Et postea facta relatione
dicat actor, Repeto relationem siue ex-
6. ecutionem factam, ut in actis, Et ac-
cuso contumaciam partis aduersæ, me-
dio suo iuramento positionibus meis
per uerbum credit uel non credit non
respondentis, Et peto eum contuma-
cem reputari, & in illius contumaciam
alium terminum ad respondēdum etc.
7. prefigi, ad primam diem iuridicam, iuri-
dica si fuerit, alioquin ad sequentem. Et
si reus in termino secundo adhuc non
responderit, petat actor, accusata eius
contumacia, sibi decerni tertiam citati-
onem ad idem faciendum, ut supra
ad primam diem iuridicam alioquin
8. etc. Et tandem si reus in tertio ter-
mino

De Ter.ad Respon. Posicio. Rub.16.

- mino nondum responderit, Actor, ad conuincendam omnem maliciam aduersarij petat quartam Citationem, semper ad primam diem iuridicam, alioquin et cetero semper autem debet executio Citationis registrari & contumatio rei accusari. Si autem Reus in primo, uel in alijs terminis responderit, uideat actor an sit sufficienter omnibus positionibus responsum, hoc est clare & euidenter & non obscure responsum, sic enim exponit hoc uerbum sufficienter
9. archid. in d.c. ij. de. testi. in vj. Quod si non sufficienter fuerit responsum omnibus positionibus, petat actor partem aduersam cogi, ut adhuc sufficienter respondeat. Hec coactio fit a iudice ecclesiastico per excommunicationem. Si autem esset iudex secularis, cogeret contumacem per arrestationem persone, vel captis pignorib. uel per impositionem penae pecuniarie, vel per alias penas. Circa quod est notandum, Quod si reus fuerit
- 10.

Pars Prima

fuerit iussus ab ipsomet iudice posicio-
nibus respondere, ipse autem responde-
re recusaret uel contumaciter recedes-
ret, Tūc positiones contra eum date, in
penam suę contumatiæ habeantur pro
confessatis, & erit condemnandus ac
si omnes positiones contra se fuisset
confessus. Secus autem esset si contu-

- II. max non fuisset per iudicem iussus re-
spondere, sed forte per Notarium uel
Nuncium, quia tunc non haberetur
pro confessō, sed alias puniretur tanque
contumax, scilicet per excommunica-
tionem uel captionem pignorum etc.
Et est ratio quia Maior est contemptus
iudicis quod Notarij uel Nuncij, etiam si
mandato iudicis speciali respondere
iussent, hec practica habetur in c. ij. de
confess. in vi, an autem ad hoc, ut quis
ex non responsione habeatur pro con-
fesso requiratur Sententia, uide glo. in
L. ij. § quod si actor C. de iuran. prop-
calum, dand, quæ tenet quod sit & ibi-
dem.

De Termi.ad respon.Positio. Rub.16.

dem Cy.& Bal. & uide de hoc Feli. in
c. cum non ab homine in fi. de iudic.
Bal.in l.j. C.ex delict. def. in quan. &
in quib.hered.conue.Et quod non re
spondes posicioni,habeatur pro confes
so in casu de quo supra. hoc intellige
si sibi est daminosa , si autem confessio
est sibi utilis,tunc habetur pro negante,
secundum Bal.in d. § q' obseruauit L.
ij.C. de iura. cal.& secundum eundem
Bal.in L.uni.C.de confes.Volebam &
illud dicere,quod si ille,qui debebat re
spondere posicioni & fuerit contumax
& habetur pro.confesso moritur ante
sententiam latā. Talis pena non tran
sit ad heredem , istud est singulare
dictum Bar.in L.eius qui delatorem
ff.de iure fisci , & lacius per eundem
Bar.in L.manifeste in fi. ff. de iurei
ran. quem tamen limitabis ut per Bal.
in l.ij.C. qui testa. face. poss. Premissa
procedunt,nisi essent tales posiciones,
quib.pars aduersa non teneatur respon

N dere,

Pars Prima

- dere, et de hoc excipiet, Ut si sit positio Criminosa, ut quia dicitur in ea pono
12. quod tu sis adulter, fur, uel homicidia. Nam si Crimen non publicum non tenetur respondere tali positioni & se ipsum respondendo diffamare. Item si est
13. posicio impertinens, nihil inferens uel concludens, ut si dicitur, pono quod imperator iam sit Rome, quia sit uel non sit, Propterea non sequitur quod sim
14. debitor tuus. Item si est positio iuris, hoc est si continet aliquid expressum seu determinatum in iure, huic pars non tenetur respondere, quia ius est certum & propterea non probandum, Et per consequens nec ponendum, Et hoc probatur in l. ornamentorum ff. de auro & ang. leg. quod tamen intellige in iure scripto, secus est in consuetudine, quae potest per posicionem in ius deduci. Et idem in statutis alterius Civitatis, quae debent in iudicium deduci & allega, secundum Bar. & glos. in L. pres

De Ter.ad respon.posicio. Rub.16.

prescriptione si contra ius uel util. pub.
15. Item si est posicio de facto alieno &
non de facto proprio, ut si dicatur,
pono quod Ticius scolaris percussit
Seium, ad illam enim non tenetur re-
spondere. Item posicioni contrariæ
non respondetur, ueluti, Si quis re-
spondisset uni posicioni, & postea es-
set facta alia posicio, cui si pars respon-
deret, sibi esset contrarius. Nec respon-
detur posicioni captiosæ, scilicet quæ
ita est concepta, quod quoquismodo
respondetur affirmatiue uel negati-
ue, respondens capitur & cauillatur
& perjurium aut infamiam incurrit,
ut hab. & not. in L. qui iurasse § si
pater ff. de iure iuran. per. Bar. in l.
Marcellus ff. rerum amotarum. Item
posicioni multiplici non est responde-
dum, sed respondere debens potest pe-
tere ut illa posicio multiplex distin-
guatur. Et sic de alijs causis si-

N 2 milis

Pars Prima

milibus rationabilibus, de quibus in
glo. magistra c. j. & melius glo. in uerb.
rationabili causa c. ij. de confes. li. vj. Et
¶ 6. per specul. eodem tit. Et circa hunc ter-
minum notetis practicam, Quod ubi
procurator est homo rixosus, malicio-
sus & sine conscientia, ut sunt plerumq;
illi, qui quottidie in consistorijs, expe-
ctantes lites non pacem, pauperes pro-
habendis pecunijs delaniunt, de quib.
per Io. fab. instit de satisfa. § fi. uersic.
sed pone agebam cum y sic. sequen. Et
principalis sit iustior uel magis sciens
merita causae uel eius ueritatem quam
procurator, Tunc potest dicere actor
contra procuratorem uolentem respon-
dere positionibus. Respondeat princi-
palis & non tu, cum ille scit magis uer-
itatem, & in causa melius instructus est.
Hoc enim casu cogendus est principa-
lis ut positionib. respondeat, ut in glo.
fi. ad fi. cum suis concord. c. j. de iudi. in
vj. & glo. in yb. abbatte, in c. ij. de te-
stib.

De Ter.ad Respon.Positio. Rub.16

stib,in vj.abb. & Io. de imo, in c. per-
tractandis de iura.cal. Bar.Bal,& alex.
de imo,in L. fi. C.de procura, & idem
alex,de imo,in l. qui bona § si alieno
nomine in viij.col.ff. de dam,infest.Et
hoc procedit quantum ad responden-
dum posicionib. sed non quantum ad
iuramentum calum. Est etiam scien-
dum , quod procurator habens specia-
le mandatum,iurare potest,etiam si es-
18. set iniquior domino, Ratio est,quia iur-
rat in animam domini sui. Est quoq;
19. notandum, Quod reus non tenetur
posicionib.respondere medio suo iura-
mento , nisi actor prius super datione
posicionum suarum iurauerit,sic colli-
gitur ex tex,in c.ij.de testi.li.vj.Et ratio
20 est,Ne scilicet Reus & actor inducen-
tur ad imparia , iuxta c. Non licet cum
21. concord,in glo,de reg.iu,in vj. Ultimo
sciendum est,Licet,c.ij.de confess.li.vj:
dicat, Quod post iuramentum calum.
uel ueritatis sit respondendum posici-

N₃ onibus,

Pars Prima

onibus. Et sic tex. uideatur uelle, quod solum post litis contesta. ut postq; ias ratum sit de calumnia fiant posiciones, & sic non ante litem contest, tamen is
22. intellectus est falsus, nam iste tex. loquitur solum quo ad ea, quæ communiter contingunt et fieri consueuerunt, Non autem negat quin etiam in principio litis & sic ante litis contesta, possint fieri posiciones. Et sic semper quandocumque debeant fieri probationes possunt quoq; fieri posiciones. Et tunc Iudex faciat ponentem iurare se credere uel estimare uerum esse quod ponit siue sit ante litis contest. uel post. Similiter etiam debet iurare respondens, Quod credat & existimet esse uerum quod respondet ut not. in d. glo. j. & magistra in c. j. de confess. in vj. & glo. super uerb. iuramentum c. ij. eod. tit. & li.

De

De Termi, ad Proban. Rub. 17.

DE TERMI
NO AD PROBAN
DVM.

Rub. 17.

1. Actor, quando terminum ad probandum petere debeat.
2. Terminus statutus ad probandam aliquam exceptionem, non currit, donec disputetur super admissibilitate exceptionis.
3. Error. quorundam praticorum ius Saxonum non recte intelligentium, in quantum uolunt, Quod actor, antecep- reus libello responderit, & antecep- lis sit contestata, debeat eligere & speciuocare quem articulum uelit probare, & super quo articulo aduersario iuramentum deferre.

N 4 Pro

Pars Prima

4. Probationum facultas non debet angustari.
5. Testes quomodo debeant citari ad perhibendum testimonium ueritatis.
6. Pars aduersa, quomodo debeat citari ad uidendum & audiendum testes iurare.
7. Reus' non tenetur suam exceptionem probare, anteç̄ actor suam probare uerit intentionem.
8. Reus, actore non probante nihil opus habet probare quantum scilicet ad sententiam absolvitoriam obtinendam, secus quo ad sententiam adiudicatoriam.
9. Probatoriæ dilationes hodie sunt arbitriæ.
10. Iudex, in dandis probatorijs dilatib⁹ quid considerare debeat.

Postq̄



O S T Q V A M
autem sufficienter
responsum est posi-
cionib. & actor ui-
derit quæ sint con-
fessatae & quæ ne-
gatae, tunc petat il-

1. las posiciones negatas ad probandum
admitti & terminum ad probandum
prefigi uel decerni, qui terminus tamen
non currit anteç aduersarius respon-
derit posicionibus ut supra tetigimus.
2. Ita quoq; si est statutus terminus ad
probandum aliquam exceptionem, do-
nec disputetur an talis excep. sit admit-
tenda uel non, terminus eciam a iure
datus non currit. de quo per Bal. post
Spec. cum concord. ibidem in apostil.
in L. fi. C. de fer. in viij. col. & per d.
glo. in yb. post dationem yf. & quia in
d. cle. sepe. Ex hoc infertur maximus
error quorundam practicorum putan-
tium se plus scire ç̄ sciunt, in hoc uide-
3. licet

Pars Prima

licet. Quod ius Saxonum Lanrecht li-
ij.art. xxij. et li.j.art. vj. dicit, Das der
man seiner gezeugen mag abgehen vñ
die klage gar oder zum teil dem an-
dern teil jnn sein gewissen schieben.
Nam illos tex. sic arctant et restringūt,
Quod actor, anteç Reus responderit
libello et anteç lis sit contestata debeat
eligere et speciuocare quem articulum
uelit probare & super quo articulo ue-
lit aduersario Iuramentum deferre. Est
ne hec diabolica malicia & iniusticia
quod actor debet dicere, hoc uolo pro-
bare, et super hoc uolo Iuramentum
deferre, anteç sciat quam posicionem
reus uelit negare uel confiteri, et sic in
quo releuetur ab onere probationis
uel quid teneatur probare. Certe talis
restrictio & diabolica malicia per d.iur
4. ra Sax. non probatur. Et est contra il-
lud, Quod probationes non sunt an-
gustandæ, nec eis est uia arctanda sed
pocius amplianda L.generaliter. j. res-
pon.

De Termino ad Proban. Rub. 174

Ipon. ibi probationibus pinguius subuenientes, & ibi Bal. in iij. not. C. de reb. Cred. & glo. fi. in fi. in c. i. de confes. in vi. decis. Rot. xlviij. in antiqu. alex. de imo. in l. i. ff. Si cert. peta. in ix. col. & est tex. in l. quoniam in fi. C. de heret. Et sic in hoc ualde erratur presertim
5. cum lex dicat. Nos uero erubescimus talia & similia loqui sine lege. Statuto autem termino probatorio, actor seu probare debens petat sibi decerni Citationem, tam contra testes ut compareant in termino eis statuendo coram iudice ad perhibendum testimonium
6. ueritatis in causa uertente inter A. & B. q̄ etiam contra partem aduersam ad uidendum & audiendum testes iurare & ad dandum interrogatoria si uelit. Nam si pars aduersa ad audiendum testes iurare, non citaretur tunc dictū testis nō ualeret, de hoc tex. expressū in c. ij. de testib. et in L. iudices C. de fide instru. cum mult. similibus. Si autem

Pars Prima

autem pars citata non posset uenire ex necessaria & iusta causa & hoc probaret, tunc receptio testium, & per consequens dictum eorum non ualeret per d.c.ij.in nomine domini & ibi glos. Et

7. circa hoc notetis , Quod actor debet prius probare, Et fatuus esset Reus suscipiendo in se onus probandi suam exceptionem uel defensionem anteç̄ actor probauerit suam intentionem.

8. Nam actore non probante alias reus absoluuitur et si nihil probauerit L. qui accusare C. de Eden.l. actor C. de proba. c. ex litteris eo. tit. c. ut nostrum. ut eccl. be. sine di. conf. c. fi. vj. q. v. instit. de interd. § commodum cum similib. Hæc sunt uera quantum ad absolutionem & condemnationem in Expensis obtinendam. sic enim non oportet reum quicq̄ probare ut absoluantur. Si uero Reus possidet rem quam actor ab eo petit & actor nihil probauerit, & Reus uelit obtinere. Adiudicatoriam

De Termino ad Proban. Rub. 17.

catoriam istius rei petitæ ab actore id
est, si uult quod iudex non solum eum
absoluat a petizione, sed etiam pronun-
ciet quod res petita ab actore, sit ipsius
rei & dominium spectet ad ipsum re-
um, tunc oportet reum articulare &
probare quod res ad se pertineat, quo
probato per reum, Tunc ab impetitio-
ne actoris non probantis absoluitur &
cum hoc sibi adiudicabitur, res petita
secundum opinio, inno, in c. ex conque-
scione de restit. spolia, & hanc opinio-
nem sequunt, moder. legist, in l. pom-
ponius § sed & is ff. de procura, & Io.
de imo, in d. c. ex conquesione & dicit
ibi quod haec opinio Innoc. communis-
ter seruetur, idem glo. & Sali. in L. circa
ff. de proba, licet contra hanc opinio.
Innoc. tenent Hosti. Io. and. panor. &
anto. de but. Quod reus existens in ius-
dicio ut reus nihil possit consequi, nisi
absolutionem ab impetitione actoris
non probantis, & ut sibi condemnetur
in ex.

Pars Prima.

in expensis, cum reus in quantum reus
nihil aliud petat neq; petere debeat ni
si ut absoluatur ab impositioue actoris.
Si uero uelit petere ut res sibi adiudi
cetur tunc deberet in alia instantia age
re & hoc petere ut actor. Sed Io. de
imo, dicit in d.c. ex conuestione quod
hec opinio Hostie. & Modernorum sit
nimis rixosa, Inno. uero Mitior &
9. propterea in practica seruatur. Deniq;
circa hunc terminum notandum est,
Quod quamvis lex moderet probato
rias dilationes & dicat. Quod si actor,
qui probare uult uel debet, habeat te
stes uel instrumenta sua in eadem pro
uincia ubi lis agitur, quod tunc debet
habere terminum triū mensium. Si ue
ro testes uel instrumenta sint extra pro
uinciam in qua litigatur, & sunt in p
uincij continentibus, id est uicinis p
uincij, tunc habebit sex menses ad pro
bandum. Si uero haberet testes uel
instrumenta in prouincij transmar
nis

De Termi, ad Proban. Rub. 17.

nis & longinquis tunc dantur nouem
menses ad probandum iuxta. L.i.C. de
dilatio. & § spacium iij.q. iij.tamen hæ
probatorię dilatiōes sunt hodie arbitra
rię & positę in arbitrio iudicis, qui pro
q̄litate cause et personarū potest huius
modi abbreviare uel plongare. Videat
tamen iudex, ne hunc terminū proban
di nimis abbreviet seu arctet, & sic
per hoc auferret parti p̄bare debenti,
facultatem probandi, quia si hoc fecerit
potest ab eo appellari ut ostendit Bal.
& Moder.in.d.L.i.Et canōist.in c.i.de
dila, faciunt tamen doct. in prealleg.
loc, distinct. Aut terminus nimis bre
uis est peremptorius & tunc potest ap
pellari, aut non est peremptorius et tūc
non appelleatur. Límita tamen hoc ul
timum, q̄ etiam si terminus non esset
peremptorius, esset tñ adeo breuis, q̄
nō posset quis infra eum comparere, q̄
tñ appellari possit secundū doct.in d.c.i
E cōuerso si dila, esset nimis lōga posset
etiam

Pars Prima

etiam appellari ut per Bal. in d.L.j. C.
de dila.

DE TESTI-
BVS COGENDIS.

Rub. 18.

1. Actor uel probare debens, si testes
uiocati noluerint comparere,
quid facere debeat ne succumbat.
2. Testes, anteq; propter eorum con-
tumaciam excommunicentur prius de-
bent moneri.
3. Testes propter contumaciam ex-
communicati, si in excommunicatione
perseuerauerint quomodo ulterius
compelli debeant.
4. Testes ualetudinarij, Senes & pa-
peres

De Testib. Cogendis. Rub. 18.

peres honesti, non coguntur exire ad iudicem, sed iudex debet ad eos examinatorem mittere.

5. Egregiae personae non tenentur adire presentiam iudicis pro ferendo testimonio.
6. Testes priuilegiati, ut non teneantur ferre testimonium, qui sint.
7. Procurator postquam post litem contestata, dominus litis factus est, ad receptionem testium debet citari, & non dominus principalis, alias actus non ualeat
8. Lite cum procuratore contestata, dominus non potest sine causa litem in se transferre.
9. Litigare per se nemo cogitur nisi in certis casibus.
10. Procurator, si non est citatus ad actum receptionis testium, sed dominus principalis, qui sponte comparuerit, tunc si procurator non contradixerit actus ualeat.

O Pro

Pars Prima

II. Procurator in causa in qua non requiritur litis contest, quando fiat dominus litis.



D V E N I E N T E
termino probatorio parti aduersæ et testibus statuto, tunc si testes noluerint desponere uel neq; comparuerint, & iurare ac testimonium ueritatis perhibere nō curauerint, aut causas rationabiles suorum impedimentorum non allegauerint, probare debens nihilominus succumbit, nisi facta primo relatione cursoris siue nuncij accusabit cōtmuaciam eorum, & petat eos contumaces repudari, et in eorum contumatiā sibi monitorium contra testes decerni, quod iudex faciat. Et si in termino monitorio 2. iterum non comparuerint, actor accusabit contumatiā testium citatorum et mo-

De Testib. Cogendis. Rub. 18.

et monitorum petens, si iudex fuerit ecclesiasticus, eos contumaces reputari, et in eorum contumaciam excommunicari, q[uod] iudex faciat eosq[ue] excommunicatos denunciari mandet, donec et q[uod] usq[ue] absolutionem obtineant et testimonium ueritatis perhibeant. Si autem testes in excommunicatione perseuerauerint, possunt censura grauari donec obediatur, quia crescente contumacia cresceret debet et pena, potest etiam in eorum contumaciam brachium seculare inuocari iuxta tot. ti. de testi. cogen. et per Spe. eo tit. Et licet regulariter testes possunt cogi ut accedant presentiam iudicis pro testimonio ferendo, tamen ab ista regulâ excipiuntur multa genera testimoniū qui non sunt cogendi ut præsentiam iudicis accedant. Ut sunt ualetudinarij, Senes, & pauperes honesti & uerecundi, qui propter nimiam paupertatem, ut quia deficiunt in uestimentis statim eorum concernentibus

O 2 uereno

Pars Prima

uerentur præsentiam iudicis accedere,
ut uidimus quandoq; in nobilibus.c. Si
qui testium ubi doct. de testi. Hoc au-
tem de pauperib. suspectis non debet
intelligi, qui facile ob eorum paupera-
tem possunt corrumpi, quoniam illi re-
pelluntur ut suspecti. secundum Hosti.
in d.c. Si qui testium & probatur iiiij.
q.iii. § item in testib. vif. item testium
5. fides, & in l.j.ff. de testi. Item si essent
Egregiæ personæ L.ad personas egre-
gias cum similib. ff. de iureitur. Isti enim
testes non coguntur accedere ad pre-
sentiam iudicis, sed iudex debet ad eos
personas discretas mittere, & hodie mit-
tuntur Notarij , qui ab eis recipiunt
6. iuramenta et ueritatis testimonia. Vi-
terius sciendum est, Quod multæ sunt
personæ priuilegiatæ, que non tenentur
ferre testimonium ut sunt filius contra
patrem & e contra L. testis idoneus ff.
de testi. L. parentes C. eod. tit. & intel-
lige de parentib. ascendentibus & de-
scendenz

De Testib.Cogendis. Rub.18.

scendentib.usq; in infinitum tam in linea paterna quam materna secundum Specula.de testi. § 1.circa princip.& intellige de filio siue sit in potestate patris siue emancipatus secundum Spe. ubi supra.Et sic pater seu mater & filij,nec pro se nec contra se admittuntur,nam vox patris,vox filij est & econtra instit. de inutili.stip. § ei & § post mortem cum similib. possunt tamē parentes in quatuor casib.esse testes pro filijs, prius casus est xx.q.iij.c.præsens,secun. est casus in glos. singula. in l. etiam ff. de proba.Ter.habes cas. in c. uidetur, qui mat.acc. pos. Quar. L.qui testamento § per contrarium ff.de testa. Itē excusatitur Gener ne dicat testimo. contra Socerum & econtra Vitricus contra priuignum & econtra Sponsus contra patrem sponsæ,Et pater contra sponsum filie,Libertus contra patronem,Item sunt aliqui priuilegiati ratione coniunctionis ut quia sunt coniuncti sang-

Pars Prima

cti sanguine uel affinitate, & aliæ multæ personæ, pro quarum cognitione uidete in l. iij. & quæ ibi not. cum LL. sequen. ff. de testi. iij. q. iij. §. Item lege iulia iudiciorum publicorum, & § se-
quen. & per Spec. in tit. de testi. § i. in
prin. & § xij. incipi. de testium com-
pulsione. Preterea circa hunc termi-
nus cauendum est. Quod si reus de-
fendat se iudicio per procuratorem, &
procurator est litem contestatus & sic
per litis contest. Dominus litis factus
ut in c. j. § i. de procura. in vj. quod
tunc non ipse reus & dominus princi-
palis sed ipsius procurator ad actum
receptionis testium citandus est, alias
enim si dominus principalis & non
procurator citaretur receptio esset nul-
la, quasi facta parte aduersa non citata
c. in nomine domini & ibi abb. Siccui.
in vij. col. de testi. Bar. Bal. alex. de
imo. & legist. in L. Furioso ff. de re
iudic.

De Testib. Cogendis. Rub. 18.

- iudic. & Bal. in L. i. C. de sen. & inter-
om. iud. Et sic si procurator non Citaret
actus esset nullus, licet principalis cita-
tus comparuerit, si procurator contra-
dixerit & exceperit quod testes sint re-
cepti ad iuramentum eo tanque domino
8. litis & instantie non citato: ex quo do-
minus principalis ipso inuito sine ratio-
nabili causa eum reuocare non possit.
Et quia dominus eum constituerit ac
per hoc elegerit quod non uelit litigare
in persona propria sed per procu-
ratorem, ideo procurator & non do-
9. minus fuit citandus. cum nemo co-
gatur per se litigare, sed potest per
procuratorem si uelit, nisi in certis cau-
sis exceptis de quib. in L. fi. C de, pro-
10. curat. Verum tamen est, Quod si pro-
curator non sit citatus, sed dominus
qui sponte comparuit in termino
ad uidendum & audiendum iu-

O 4 rare

Pars Prima

iurare testes & procurator non contra diceret q̄ tunc ualeret actus, ex quo dominus mansit utiliter dominus instantiae, cum ad eum, utilitas commodum & damnum causæ pertineat. Sic tenet Bar. in d.l.furioso in q. fi. ff. de re iudi. & seq. eum panor. in d.c. in nomine domini de testi. ad fi. d. uersic. Quo-

ro de not. quies. Porro si procurator es- set constitutus in causa in qua non re- quiratur litis contest. ut in beneficialiis bus matrimonialib. & alijs priuilegia- tis causis de quibus supra, tunc procu- rator statim postq̄ seruauerit unum ter- minum respicientem merita causæ prin- cipalis factus est dominus litis, propter quod ipse procurator & non principa- lis esset citandus ut diximus, ut in L. post litem & ibi Bar. ff. de procura. & alex de imo, in L. nulla dubitatio C. de procura.

PRO

Probato, dilatatio q̄cies dari pos. Rub. 19.

PROBATO-
RIA DILATIO QVO-
CIES DARI
POSSIT.

Rub. 19.

1. Probatoria dilatio regulariter in causis ciuilib, non amplius q̄d semel danda est.
2. Ratio quare in ciuilib, dilatio tantum semel datur.
3. Probare debēti cum cause tamē cognitione, tres, imo & quarta potest dari dilatio ad probandum.
4. Cognitio iudicis in danda prima dilatione que sit,
5. Probatorius terminus, licet a parte debeat peti, iudex tamē illum non presenti potest dare si sibi uidebitur.

O 5 Cogni-

Pars Prima

6. Cognitio in secunda dilatione danda, quæ sit.
7. Impedimentum quod euenit in prima dilatione potest per iuramentum probari.
8. Secunda dilatio quando debeat concedi.
9. Tertia dilatio quando debeat peti.
10. Impedimentum in secunda dilatione per iuramentum non potest probari.
11. Impeditus in prima dilatione, tantum temporis habebit in secunda, quantum fuerit impeditus in prima, nisi tempus impedimenti absorbuisset totam primam dilationem.
12. Impeditus in una dilatione, non habet secundam dilationem indifferenter quo ad quoslibet testes producendos, sed solum ad illos in quibus non fuit negligens.

Quarta

Probato, dila. q̄cies dari pos. Rub. 19.

13. Quarta productio testium non debet dari, nisi cum legali solemnitate.
14. Quartam dilationem petens, si non petierit cum solemnitate legali, eius petitio repellitur.
15. Forma solemnitatis legalis quæ sit.
16. Multitudo effrenata testium quæ dicatur.
17. Iudex qualiter debeat refrenare multitudinem testium.
18. Differentia inter productionem & dilationem.
19. Probare debens, qui habet primam dilationem, potest infra illam producere, hodie unum testem, cras alium & postea iterum alium, & sic in una dilatione potest facere plures productiones.
20. Instrumentum post terminum probatorium usq; ad conclusionem, imo nonnunq; post conclusionem potest produci.

Sub:

Pars Prima

21. Subornatio in instrumentis non termetur.
22. Instrumentorum appellatione, quanque ueniunt quoque testes, tamen in stricta materia differunt.



Irca practicam mate
ri. ad probandum illud etiam diligenter est considerandum. Quod probatoria dilatio regulariter in causis ciuilib,
non amplius est danda quam semel, que tamen moderatur secundum locorum distantiam ut supra tetigimus. Hoc probatur per tex. & doct. in d. L. i. C. de dilatio. & in d. § spaciū iij. q. iij. & ibi per archidia. & est tex. in L. fi. ff.
2. de dilata. ibi plusque semel etc. Ratio est hæc, quia dilatio probatoria de sui natura

Probato, dila, quo, dan, pos. Rub. 19.

tura est peremptoria, id est perimit & auffert facultatem & potestatem probandi post terminum ad hoc datum, etiam si in ea non dicatur ut in d. L. fi. ff. de dila, & ibi per Bar. Paul. de cast. & alex, de imo. & per tex. & Paul. de cast. in L. oratione ff. de dila, & Panor. in c. licet de proba, in iij. col. Hec autem regula, Quod dilatio non amplius quam semel sit danda fallit, si probare debenti emerserit uel acciderit inopinata & sine culpa sua aliquid impedimentum. quia tunc probare debenti, tres sunt dandae dilations, imo quarta cum solemnitate tamē legali, alias non, de quo per Bar. in d. l. fi. ff. de dila. & probatur in d. L. oratione ff. eod. & in d. L. j. C. eo. in tex, ibi si rerum urgentissima ratio flagitauerit idem in d. § spaciū & glo. in c. preterea de dila. & doct. in c. in causis de testi. Est autem hic notandum quod nulla dilatio, etiam si esset prima, potest dari sine causæ cognitione ut in L. j. &

Pars Prima

L.j. & in L. a procedente C. de dila.
Si autem dilatio nullam uel modicam
requireret causæ cognitionem et tracta
retur de leuisimo prætudicio, tunc ta
lis dilatio posset dari a iudice non seden
te pro tribunalí, alias secus, ita dicit Jo.
de imo. in c. preterea de dilatio. Sed po
namus exemplum. In danda prima di
latione quæ conceditur cum leuiori
causæ cognitione uertitur hec cognitio.
Ut Iudex anteç statuat terminum, &
concedat primam dilationem ad pro
bandum, uideat primo ut cognoscat,
quid uelit probare actor, an p̄sit sibi ac
causæ. Secundo ut uideat articulos, q̄s
petens dilationem uult probare, an sint
pertinentes et relevantes et sic ad p̄ban
dum admittendi, quoniam articulus
impertinens non debet ad proban
dum admitti eo quod probatus non re
leuat L, neq̄ natales C. de proba. & in
c. cum contingat de off. deleg. & ibi
glos. Tertio ut probare uolens petie
rit

Probato, dila, quo, dari, pos. Rub. 19.

- rit sibi terminum ad hoc statui, licet Iudex ex officio si sibi uidebitur possit hanc dilationem, non petenti dare per doct. in d.l.j.C.de dila. Quarto ut iudex uideat ut actor maliciose uel calumniose non petat sibi dari dilationem ad probandum, Ecce circa hæc quatuor uertitur cognitio iudicis ad dandam primam dilationem, debet enim super ijs quatuor uidere antequam eam concedat. In secunda vero dilatione concedenda debet fieri cognitio circa quatuor iam dicta, & ultra hæc quatuor debet iudex uidere & cognoscere de quinto, scilicet an actor, qui in prima dilatione non probauerit, habuerit ut allegauerit iustum impedimentum. Hoc tamen impedimentum quod euenit sibi in prima dilatione pars potest probare per iuramentum suum. Nec debet concedi secunda dilatio nisi iurauerit super tali impedimentoo

Pars Prima

- mento, per tex. in c. quia propter § il-
lud, de elect. facit tex. in L. scire oportet
§ sufficit ff. de excu. tuto. & uide de
hoc Bar. Bal. & ang. in L. fi. ff. de ferijs.
9. Et si probare debens in secunda dilati-
one similiter impeditus fuerit, potest pe-
tere tertiam dilationem. Sed illud im-
pedimentum quod sibi accidit in secun-
da dilatione, debet probari, non per iu-
ramentum suum sed per testes, & hoc
est quod dicitur, quod tertia dilatio
non datur nisi cum maxima causae cog-
nitione, hoc est probatione per testes.
Et nisi impedimentum probatur per
testes, tertia dilatio non datur, pro ut
hoc probatur & ostenditur per Pau. de
cast. in d. L. oratione ff. de dila. Bar. in
L. fi. ff. eo. Spec. eo. tit. § uidendum ysl.
in summa no. ant. de but. in d. c. ultra
11. terciam de testi. Tamen docens se iuste
impeditum in prima dilatione, tantum
temporis habebit in secunda quantum,
fuerit

Probatoria dila. q̄cies dari pos. Rub. 19.

fuerit impeditus in prima. Ut si fuerit
in prima dilatione impeditus duobus
diebus, resta urabuntur sibi duo dies,
hoc est uerum nisi horum dierum im-
pedimentum absorbuisset totam dilat-
tionem primam, quia tunc habebit in-
tegrum tempus in secunda, quod sibi
fuit concessum in prima dilatione, ita
sentiunt Bar. alex. de imo. & alij in d.
L. fi. & ant. de but. in d. c. ultra tertiam.
Volebam et hoc addere quod ubi pro-
batio data est ad probandum, uel ad
aliud faciendum, computantur in dilati-
one etiā dies feriati ut est tex. in L. siue
pars in fi. C. de dila. limita tamen hoc
q̄ si data esset dilatio, quae absorberet
maiorem partem termi, propter multi-
tudinem feriarum, quod tunc feriae ex-
cluduntur. Et est notandum quod om-
nes istae dilationes dari non debent,
nisi secunda infra terminum primæ,
item tertia infra terminum secundæ, &
sic quoq; quarta infra terminum tertiæ
P petatur.

Pars Prima

12. petatur. Item hic non est omittendum,
Quod licet probare debenti in casu im-
pedimenti in prima dilatione, danda sit
secunda, & si in secunda iterum impe-
diatur, sibi danda sit tertia, dummodo
probauerit impedimentum per testes
ut diximus, tamen secunda dilatio non
datur indifferenter quo ad quoslibet te-
stes producendos, sed solum ad illos, in
quib, in prima dilatione non fuit negli-
gens. Exemplum ut quia fecit in prima
dilatione citari aliquos testes, & illos
non uenientes fecit grauari, ut excom-
municatione, uel captis pignorib, etcet.
et illis durantibus in sua contumacia
transiit prima dilatio, & ideo pecunia se-
cundam, illa est ei danda contra hos te-
stes per Sali, et Moder, in d. l. j. C. de
dila. Quantum uero ad testes in quib.
fuerit negligens no habebit ulteriores
dilations, ita etiam ant.de bu, in d. c.
ultra tertiam de testi, et Pau, de cast. in
L. Si ita stipulatus essem ff. de uerbo
oblig, & per doc, in L, admonendi ff.

Probatoria dila. q̄cies dari pos. Rub. 19.

13. de iure iurari. Ultra has tres dilationes si probare uolens fuerit adhuc impeditus & impedimentum durauerit per tres dilationes, tunc potest petere dilationem quartam cum solemnitate legali & debet exprimere in petitione sic scilicet, Quia ego in secunda & tertia dilatione impeditus fui, propterea peto mihi dari quartam dilationem cum solemnitate legali. Si enim hoc non addiderit, peticio eius repellitur, nec propterea potest appellare, quia non dicit grauatus eo quod formaliter non peccat, addendo, cum solemnitate legali de quod habetur in d.c. in causis &c. significa uerunt &c. ultra tertiam de testi, et pulchre panor, in d.c. in causis. Et hi tex. sunt originaliter sumpti ex aucten, de test. § quia uero multi col. viij. ubi est forma & practica petendi quartam dilationem cum solemnitate legali. Est autem solemnitas legalis. Quod ille qui petit sibi dari quartam dilationem, iuret ad sancta

Pars Prima

dei euāgelia, quod neq; ipse per se , neq;
per alium, ut per aduocatum , procuratorem, uel amicum suum, testificata hoc
est dicta uel depositiones testium sub-
traxerit. Neq; percunctatus est , id est
scrutatus dicta testium neq; dīcīt,
quid aut qualiter deposuerint. Et quod
neq; per dolum , artem , seu malam
machinationem seu fraudem quartam
dilationem petat. Sed quod hos testes
quos nunc producere desiderat prius
habere nequiuierit , Hæc est forma so-
lemnitatis legalis sub qua datur quarta
dilatio , & dicitur notanter neq; per-
cunctatus est, id est diligenter cuncta-
tus uel ualde perscrutatus quid & qua-
liter deposuerint. Vnde si quis recepe-
rit dicta testium perfunctorie ad ma-
num, sed diligenter & exquisite non
legerit seu scrutatus sit quæ deposue-
rint, nihilominus habebit quartam di-
lationem ut per Hosti. panor. et moder.
in d.c. ultra tertiam de testi, ex istis po-
testis

Probato, dila, q̄cies dari pos. Rub. 19.

testis intelligere quod tunc demum quis dicitur didicisse testificata, quando habuit penes se librum attestationum & legit illum & diligenter est percunatus hæc probantur in § quia uero in aucten, de, testib, ergo si quis perfunditorie uel percursorie discurrisset librum attestationum non diceretur didicisse testificata, hoc not, quia quotidianus est in practica. Si autem quis dicaret, imo probatio admittitur etiam si quis didicerit testificata L, officium ff, de rei uendi, L, exceptionem C, de proba, Resp, illa iura loquuntur de probatione per instrumenta, & quæ sit ratio diuersitatis statim audiemus. Quarta dilatio denegatur quoq; propter effrenatam multitudinem testium, & ex ista ratione posset etiam denegari secunda uel tertia ut in d. c. significauerunt & in c. cum causam de testi, & L, in fi, ff, de test. Et dicunt quidam quod si numerus testium sit ultra xl. quod dicatur

P 3 multitu-

Pars Prima

- multitudo effrenata, sed hoc non est
uerum indifferenter sed relinquitur po-
cius arbitrio iudicantis pro qualitate &
magnitudine causæ ut uult glo. in d.c.
cū causam in ybo effrenatam, de cuius
17. practica & qualiter iudex debeat refre-
nare multititudinem testium uideatis
Innoc. in d.c. cum causam. Hoc quoq;
18. notandum est. Qz sit differentia inter
productionem & dilationem de qua ha-
betis glo. et doct. in d.c. in causis de test.
et licet tex. dicat ultra tertiam pductio-
nem. Debet tñ glossari et exponi, id est
19. dilationem. Vnde qui habent primam
dilati, potest infra illam pducere hodie
unum testem cras alium, & postea iterū
alium, & sic in prima dilatiōe faciet plu-
res productiones ut ibi not. et in glo. su-
per yb. plusq; semel in § spatium ij. q.
20. ij. Hoc aut̄ non pretereundum est. Qz
licet post lapsas dilaciones non possunt
amplius pduci testes, pars tñ post illas
dilaciones potest producere litteras au-
tenticas,

Probato, dila, q̄cies dari pos. Rub. 19.

ctencas sigillatas, uel publica instrumēta ut per illas uel illa suam intentionem probet, usq; ad conclusionem in causa, sic etiam per partis aduersæ confessio-

nem, ut in c. cum Ioannes de fide in-

stru, & per Host. in d. c. ultra tertiam.

Vnde non obstat q̄ quatuor dilatio-

nes sint lapsæ, quoniam istæ dilationes

currunt contra probare uolentem per

testes. Non per instrumenta seu littes-

ras auætenticas. Nam illorum termi-

nus productionis durat usq; ad conclu-

sionem in causa c. cum dilectus de fide.

instru, & ibi Panor. Spec. in tit. de dila.

¶ fi. uersi. Item nota cum uersi. sequ.

Imo aliquando post conclusionem

per Panor. in d. c. cum dilectus de quo

uidea, etiam decis. Do. Rot. vj. incipi-

en, per eadem motiva in nou. Et sic

etiam publicatis attestationib. possunt

producī instrumenta, cum in litteris &

instrumentis non est timor subornati-

onis ut in testibus timetur c. fraterni-

21.

etatis

Pars Prima

22. tatis &c. series de testi. Et licet appellatio
nate instrumentorum ueniant etiam
testes, quia testes instruunt causam si-
c ut instrumenta ut in c. peruenit la. j.
de testib. cogend. l. j. ff. de fide inst. c. fo-
rus de uerbo. signi. in materia tamen
stricta differunt, quia post publicatio-
nem testium possunt produci instru-
menta sed non testes propter pericu-
lum subornationis, de quo per abb. in
d. c. peruenit & Bal. in L. Si ex falsis in-
strumentis C. de transact. Et per hoc
habetis responsionem ad L. officium ff.
de rei uend. & L. exceptionem C. de
proba supra in contrarium alleg.

DE TERMI NO AD PVBLICAN-

DVM.

Rub. 20.

Termis

De Termi.ad Publican. Rub. 20.

1. Termínus ad publicandum dicta testium, quando debeat peti.
2. Forma publicationis testium.
3. Notarius quid iuret in sua creatio-
- ne.
4. Publicatis attestatio non potest op-
poni contra personas testium, nisi pars
de hoc ante publica fuit protestata.
5. Forma protestationis de excipien-
do contra personas testium.
6. Excep. contra person. testium, si de
hoc ante publica, non fuit protestatus,
non admittitur, nisi excipere uolens
iuret, quod ad hoc ex malicia non pro-
cedat, uel ostendat quod post publica-
tionem dídicerit quod obiçit in perso-
nas.
7. Publicatio attestacionum impedit
testium productionem super eisdem
capitulis uel directe contrarijs tam in
causa príncipali q̄ in causa appellatio-
nis.

P 5 Publi-

Pars Prima

8. Publicatio, iustia uel iniuita parte ex rationabili causa contradicente, non impedit, quo minus pars, quæ testifica ta adhuc non uidit, testes producere possit.
9. Rite & recte differunt.
Aduerbiū, bene, comprehendit & rititudinem & rectitudinem.
10. Aduerbiū, male, excludit, tam ritū dinem q̄ rectitudinem.



I. ESTIBVS ITA
q̄ productis, exami natis ac depositionib.
corum in scriptis per
notarium redactis.
Consequenter pos sunt partes petere ut
dicta testimoniū hinc inde per iudicē pub licentur. Et debet iudex partib. hoc pe tentib. dicta testimoniū publicare, hoc est,
2. debet dicere. Testimonia dicta & de positio-

De Termi.ad Publican. Rub.20.

- positiones testium productorum, pub= licamus et p publicatis habemus. Hoc est uolumus , quod depositiones testi= um, quæ huc usq; nobis scilicet iudici & Notario causæ,solum cognitæ fuerunt, modo sint notę et manifestę ambah,par= tib. Actori scilicet ut uideat an p testes sua intentio sit probata,et Reo ut uide= at an actor contra eum probauerit uel non, uel etiam si reus super suis excepti= onib, & defensionibus produixerit tes= tes ut uideat an per testes exceptio sua sit probata.Iurat enim quilibet Notari us in creatione sua quod non scribat pu= blica instrumenta in papiro. Et quod dicta testium nemini reuelet sed occul= te teneat in mente,donec fuerint a iuri= dice causæ publicata.Est autem notan= dum, Q uolens excipere cōtra psonas testium debet de hoc ptestari anteç̄ di= eta eoꝝ publicentur in hunc modū, p= testor de dicendo & excipiendo tam contra dicta testium q̄ contra personas corum

Pars Prima

eorum loco & tempore congruo. Nam si ita non fuerit protestatus ante publicationem, tunc uolens excipere non auditur nisi iuret quod calumniose non excipiat uel ostendat, quod ea quae nunc excipit prius nesciuit, & nunc primo deuenerunt ad eius noticiam, haec probantur in c. presentium de testi. Si autem testis contra cuius personam quis fecerit protestationem de opponendo, diceret in dicto suo aliquid in fauorem protestantis, an prodesset illi qui est protestatus, de hoc uide. Inno. in d.c. presentium & ibi lo. de imo. qui ex mente doct. melius dicit q̄ Inno.

7. Potest autem altera parcium uel utraq; si testes sunt rite recepti resistere publicationi & petere, ne sibi dicta testium publicentur, quoniam uult in eadem causa & instantia super ejisdem articulis uel directe contrarijs, uel etiam in causa appellationis & in secunda instantia producere alios testes. Hoc enim facere

De Termi, ad Publican. Rub. 20.

facere non posset postq; sibi fuerint at testationes publicatae & didicerit testificata, cum sit eadem ratio in causa appellationis, quæ fuerit in prima instantia, scilicet periculum subornationis & corruptionis testium, et ne informentur in causa appellationis quid & qualiter deponere debeant, ut traditur in L. per hanc C. de temp. ap. & in aucten. de testi. § quia uero col. vij. & in aucten. at qui semel C. de probat. & ibi per legist. & Canonist. in c. fraternitatis de testi. & in cle. fi. eo. tit. Quod si iudex, partib. aut parte inuita publicat dicta testium, tunc non obstante huiusmodi publicatione, pars quæ nondum didicit testificata potest alios testes producere tam super ejisdem articulis q; super alijs directe contrarijs, hoc probat tex. in. d. § quia uero in princ. & glo. in yb. & excepta, idem tenet glo. fi. in c. constitutis la. ij. ubi Io. and. & panor. de testi. & Bar. in d. aucten. at qui semel C. de pro-

Pars Prima

proba. Et dicitur notanter si fuerint Rite
recepti, secus enim si non rite essent
recepti quia tunc publicatione non ob-
9. stan. alij testes possent produci. Debe-
tis autem scire. Quod differunt rite &
recte, quia Rite & Rectitudo respiciunt
solemnam ordinem iudicariū, ut scilicet,
quod testes sunt producti & recep-
ti post lit. contest. et quod pars aduer-
sa sit Citata ad audiendum testes iurare
et ad dandum interrogatoria. Sed recte
& rectitudo respiciunt iusticiam causae
ut recte est iuste, Rite id est solemniter
sic declarat alex. de Imo. in l. iuste ff. de
acq. pos. Sed aduerbium Bene compre-
10. hendit utrumq; Rectitudinem & Riti-
tudinem ut cum dicatur. Testes sunt
bene recepti & examinati, id est rite &
recte secundum formam iuris & iusti-
11. ciam, aduerbium autem male significat
non bene. Et sic nec recte nec rite ut
ostend. Bal. in l. eos C. de appell. Finalis-
ter subiungo etiam menti tenendum q
etiam

De excepc. con. perso. et dic. test. Rub. 21

etiam post publicationem testium pos-
sint admitti testes super ejisdem articu-
lis uel omnino contrarijs ut est in causa
matrimonij quando tractatur de Matri-
monio separando ut est tex. in c. series
de testib. ratio est quia sententia lata in
causa matrimonij nunc̄ transit in rem
iudicatam clator de re iudica. c. frater-
nitatis de frigi. & malef.

DE EXCEP-
TIONIBVS CONTRA PER-
SONAS ET DICTA
TESTIVM.

Rub. 21.

1. Dilatio ad excipiendum contra dicta testium est arbitraria.
2. Causæ legittime repellendi testem a testimonio.
3. Periuriū opponi potest contra teste.
4. Infamis testis esse non potest.

Iniz

Pars Prima

5. Inimicitia obijcitur testi.
6. Excommunicatio obijcitur testi.
7. Impubertas potest obijci testi.
8. Monachatus potest obijci testi.
9. Testis sibi ipsi contrarius a testimonio repellitur.
10. Contrarietas testium duplex.
11. Testis singularis qui dicatur.
12. Testes debent examinari secundum data interrogatoria.
13. Iudex debet dare copiam articulorum parti aduersae ut defuper Interrogatoria, si uelit, facere possit.
14. Interrogatoria superflua & impertinentia iudex debet refecare.
15. Interrogatoria, etiam si a parte non dantur, iudex tamen ex officio testes debet interrogare de circumstantijs causa & de causa scientiae.

Testes

De exce. cont. pers. et dict. test. Rub. 21

16. Testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, sed reprobatorios probatoriorum non licet.
17. Terminus ad replicandum contra exceptiones contra testes appositos, quando peti debeat.
18. Terminus ad replicandum est arbitrarius.
19. Replicatio, quomodo debeat produci.
20. Terminus ad duplicandum quando peti debeat.
21. Duplicatio quomodo debeat produci.



Ost factam publicationem dictorum testium, danda & concedenda est partibus petentibus copia deposicionum et
Q statuen-

Pars Prima

statuēndus terminus ad dicendum &
excipiendum quicquid uerbo uel scrip-
tis tam contra personas q̄ dicta testium

1. dicere uel excipere uoluerint, qui est in
arbitrio iudicis secundum qualitatē &
magnitudinem causæ positus, & secun-
dum q̄ fuerint plures uel pauciores te-
stis producti. Et est animaduertendum
quod quædam sunt causæ quæ respici-
unt defectum personæ testis, ut si testis
2. 3. 4. productus sit, Periurus. Item si sit Infa-
5. mis, Item inimicus capitalis eius contra
6. quem producitur. Item si sit excom-
7. municatus. Item opponitur contra te-
stem propter impubertatem, Item pro-
8. pter Monachatum, et propter alias mul-
tas causas quas plene prosequitur Spec.
in tit. de test. in prin. ubi uideas. Verum
tamen est quod debeat inspici, qualis
fuerit testis tempore depositionis, cum
non obstant Crimina commissa post
depositionem Bar. in l.j. §. Si seruus ff.
de q. Bal. et alex. de imo, in l.i. C. de test.

Preterea

De exce. cont. perf. et dict. test. Rub. 2.

- Preterea solet excipi contra dicta testimoniū
9. uidelicet. Qz testis sit ibi inuicem contrarius. Nam talis testis repellitur a testimonio ut in c. licet causam de pba. et c. sollicitudinem de ap. in fi. facit lex j. in prin. ff. de testib. et iij. q. ix. c. nihilominus et iij. q. iij. s. qui falso cum similib.
10. Sunt autē testes contrarij dupliciter, uno modo, quando unus et idem sibi ipsi cōtradicit. Alio modo quando unus testis contradicit alij testi et tunc dictum unius destruit dictum alterius si sunt pares numero, alias preualent qui sunt numero plures. Item quod testes sint Singulares. Tunc autem dicitur testis singularis esse, Quando solus est, nec habet alium sibi in depositione contestē et concordem, quare eius testimonium nullum est, tam de iure diuino quod habet in ore duorum etc. q̄ iure humano Canonico & Ciuitati. iusurandi C. de testi, c. licet universis & c. quocies

Q 2 de tez

Pars Prima

12. de testi. cum similib. Item quod non sint examinati iuxta interrogatoria data c. per tuas de testi. & glo. in uerb. interrogatoria c. ij. § testes de testi. in vj. Quia iudex non debet testem super alio q̄ in interrogatorijs comprehensum est, interrogare p. Inno. in d. c. per tuas. Et sunt multe alię excep. que tam contra dicta testium q̄ personas possunt opponi de quib. late Spec. ubi supra. Et cum hic de interrogatorijs sit
13. mentio, scire debetis, Quod iudex debet dare copiam articulorum parti aduersæ quod desuper faciat interrogatoria si uelit, quæ copia si denegaretur processus esset nullus per tex. & doct. in
14. d. § testes. Potest tamen iudex interrogatoria superflua & impertinentia res
15. secare ut quoq; de articulis diximus. Si autē pars non dederit interrogatoria, nihilominus debet iudex supplere & testes ex officio, de circumstantijs causæ & de causa scientiæ interrogare per panor.

De exce. con. pers. & dict. test. Rub. 21.

16. panor. & Mod. in d. c. per tuas. Ultimo notetis, quod postquam actor produxerit testes probatorios, Reus potest producere testes, qui dicuntur reprobatorij, & viceversa actor testes contra reprobatorios qui dicuntur reprobatoriorum reprobatorij, sed ultra non est progrediendum, ne in infinitum negotium prorogetur ut est tex. in c. licet dilectus de testi. Quando nunc reus suas exceptiones contra dicta testimonia uel eorum personas opposuerit, Tunc actor petat copiam Exceptionum, & terminum ad replicandum statutum, quod index faciet, & erit hic terminus arbitrarius & maxime talis qualis habuit reus ad excipiendum, nisi iudicium aliter ex legitima causa uisum fuerit. Quo adueniente actor compareat & dicat. Ego N. ad satisfaciendum huic termino produco has replicas contra exceptiones aduersarij mei nuper productas, petens, protestans & allegans

Q3 pro us

Pars Prima

pro ut in eis continetur lacius . Et nihilominus mihi Citationem decerni contra partem aduersam ad duplicandum.

20. Quo facto Reus petat sibi decerni copiam replicationis & terminum ad duplificandum statui , quod Iudex faciat , isto termino adueniente dicat Reus . Ad satis faciendum huiusmodi termino do & produco has duplicationes contra replicationem actoris petens , p̄testans & allegans pro ut lacius in eis continetur , & nihilominus Citationem contra partem aduersam ad triplicandum etc . Quo termino adueniente , actor potest si uult , triplicare & Reus quadruplicare . Et cum ita hinc inde exceptiones replicationes etc . sint produc̄tē partes petant interloqui , possunt tandem partes si uolunt procedere in causa principali , & has exceptiones replicationes etc . reseruare ad merita cause .

De

De Ter.ad produc.omnia. Rub. 22

DE TERMI NO AD PRODVCEN^S DVM OMNIA.

Rub. 22.

1. Terminus ad producendum omnia,
quando debeat peti.
2. Actor , qualiter debeat producere
omnia.
3. Ad dicendum contra omnia produ-
cta pars aduersa citari debet.
4. Monumenta quæ sint.
5. Sigillum literis appositum , si pars
contra quam producuntur litteræ ne-
get esse illius cuius esse dicitur , tunc si
non est notorium producens de eo p-
bare debet.

Q. 4 Instru-

Pars Prima.

6. Instrumentum, si negetur a publico notario esse confectum, producens, si non est notorium, de eo debet probare.
7. Testes, super recognitionibus Sigillorum & approbationibus iurium & monumentorum, recepti, quid depolare debeant.
8. Instrumento de longinquo prodotto, quando habeatur fides.
9. Testimonium de credulitate super recognitionib. iurium, de consuetudine potest sufficere, si modo testes aliquam causam dicant.
10. Sigillo an credatur, attenditur consuetudo loci contractus & non iudicij.
11. Priuatæ scripturæ Mercatorum, ut plenam faciant fidem, attenditur consuetudo loci contractus, & non iudicij ubi producantur.

Testes

De Termi.ad Produc.omnia.Rub.22

12. Testes super recognitionibus sigillorum & instrumentorum de consuetudine deponunt utraq; parte presente & audiente.
13. Regula, quod pars, si testificata dicerit, ad producendos nouos testes non admittatur, in testib. super recognitionibus iurium non habet locum.
14. Cautela, quod etiam didicitis testificatis noui testes produci possint.



VM autem Reus contra personas & dicta testium nihil exceperit, uel forte exceperit, & actor replicauerit etc. & desuper interlocutum fuerit tunc actor, ut perueniatur ad diffinitiuram sententiam, potest petere terminum ad producendum omnia, & datur in priuilegiatis ad secundam

Q; s; dam

Pars Prima

- dam diem in Prophanis, & ordinarijs ad octauam secundum reformationem Cardina. S. Marci, quam fecit de manu dato Clemen. Papae v. In quo termino actor, si habuerit Bullas seu literas apostolicas, instrumenta seu litteras autenticas, sigillatas, uel alia munimenta quibus uult fundare intentionem suam, illa potest, parte aduersa ad hoc citata, prodere, sic similiter potest facere reus, quia
2. iste terminus est communis. Adueniente autem isto termino Actor comparēs dicat, Venera. D. Iudex, satisfaciendo huiusmodi termino compareo et omnia Monumenta mea ybo produco cū protestatione de laciūs etc. et contumaciam mei aduersarij non curantis prodere omnia accuso, et eum contumacē
3. reputari, Citacionemq; contra eum ad dicendum contra omnia producta decerni peto. Tūc iudex illum terminum in beneficialib, ad secundam, in ordinarijs ad octauam diem iuridicam decernat

De Termi, ad Produc. omnia, Rub. 22

- nat, in q̄ actor potest sua Monumenta prius tantum v̄b., pducta, facto et realiter, pducere et exhibere, Et citationem petere contra partem aduersam ad uidēdum et audiendum testes, super recognitionib. et approbationib. Sigillorum, Manuum Notariorum, iurium et Monumentorum, in huiusmodi causa pro-
4. ductorum, pducī et iurare. Sunt autem Monumenta litteræ autenticæ, instru-
menta, priuilegia, parcium confessio-
nes, testium attestations, et alia que-
cunq; quib. causa instruitur & munis-
tur, & quæ ueritatem & causam adiu-
uant glo. est in uerb. Mumenta &
ibi Hosti. c. coram de in integ. resti.
5. Dixi de productione testium super
recognitionibus Sigillorum etc. Nam
6. si negaretur sigillum litteris apposi-
tum esse illius cuius esse dicitur, uel si
instrumentum negaretur esse confectū
a Notario publico, illud, nisi esset No-
torium debet probari, de quo per
Inno.

Pars Prima

Inno. c. j. de fide. inst. & per Spec. in
tit. de procura. § ratione autem, uers.
Item quod non sunt sigillo autentico et
in tit. de inst. edi. § restat uers. Sed quid
si producitur & uers. & scias & uers. il-
lud autem cum uers. sequen. probatur
hoc etiam per tex. & Bar. in L. si pro-
curatorem ff. de procura. L. cum ab ini-
tio cum L. seq., & ibi not. ff. quemad.
testa. ape. Et sic non probant Sigilla uel
instrumenta incognita & per testes
non approbata neq; recognita. Nec
sufficit testimonium de Credulitate.
Quod scilicet testis dicat credo sigil-
lum uel instrumentum esse illius cuius
esse dicitur etc. Sed debet deponere de
ueritate & ita dicere. Nosco sigillum
& scio quod sit illius, cuius esse dicitur.
Et si interrogetur de causa scientiae de-
bet dicere, quia fui presens et uidi quod
talis sigillauit, uel quia uidi sepe prius
simile sigillum illius cuius dicitur esse.
Quantum ad instrumenta dicat Nosco
illum

De Ter.ad produc.omnia. Rub.22

illum qui se subscriperit & scio eum esse Notarium publicum, quia uidi quod ad eum tanq; ad publicum Notarium habeatur recursus, uel quia uidi prius plura instrumenta de eadem manu & cum eodem signo, uel quia fui presens, Hæc probantur d.L. Si procuratorem Bar. & Paul. de cast.ibi & d.L. cum ab Initio iuncta glo. fi. ff. quemad. testa. ape. Spec.in d. ¶ si illud autem c.j. & ij. de cle. pere. & ibi per Io. and. & ant. de but. panor. in c. quod super his de fid. instr. & de hoc per legist. in l. so-
3. lam C. de testi. Quid autem si instru-
mentum producatur de longinquio ut
ex Anglia uel Datia, & Notarius est
incognitus, similiter sigillum, & testes,
qui recognoscant propter distantiam
loci, non possunt haberi, ad hoc respon-
det Spec.in tit. de inst.edi. § restat ¶.
Sed quid si pducitur uide Paul. Iyaza.
cle. j. de procura. in hoc bene conclu-
den. de quo etiam per doct. in L.com-
paratio-

Pars Prima

- parationes C. de fid. instr. ubi Bal. in q.
9. v. Cy. & Saly. Verum tamen est, Quod si sit consuetudo in recognitionib. litterarum in aliquo consistoriali, q. sufficeret testimonium de credulitate, q. tunc probata taliconsuetudine, testimonium de credulitate admittatur & sufficiat, debent tamen testes aliqualem causam dicere c. cum dilectus de fide instrumento, & proba. per Not. Panor. in c. ij. de pbat. Bal. super Rub. C. de fid. inst. in se
10. ptimo et ultimo supplemento. Vbi dicit Septimum et ultimum supplementum est loci consuetudo, q. his sigillis creditur. Et sic attenditur in his, an sigillum priuatum probet, consuetudo loci contractus et non iudicij. Hinc dicit do. Ias. in L. cunctos populos C. de summa tri. et si. ca. in v. col. Quod statute uel consuetudine, Quod priuatae scriputurę Mercatorum manu eorum conscripte, plenam faciant fidem, certe stabitur statuto uel consuetudine illius loci, in scriptis

De Termi.ad Prodū,omnia. Rub.22.

scriptis ibi factis quāuis in alio iuditio
pducantur, de q̄ etiam uidea. Spec. in d.
tit, de inst. edi. § compendiose vſ. Sed
nuncquid de consuetudine. Debetis &
illud scire; Q̄ cum de consuetudine to
cius mudi, testes sup recognitiob. sigillo
rum et instrumentorum deponunt pa
lam utraq; parte pſente et audiēte, ideo
q̄ non obſtante q̄ pars didicerit testifi
cata si testes nō bene deposuerūt, potest
alios et nouos testes pducere, Ita seruat
ſtilus. Ro. Cur. et iudicij Ca. imperial.
qui, p l. ſeruandus eſt c. ex literis de con
ſti. c. q̄ graui de Crimi. fal. archid. in c.
cure xj. q. iij. ſic etiam ſeruat conſuetu
do omnium conſistoriorum Archiepi
3. ſco. Epifco. etc. Et ita Regula ſupradic
ta in contrarium allegata, Q̄ ſcilicet
didicitis testificatis, pars non admittat
ad pducendum nouos testes etc. non
habet locum in testib. ſuper recognitio
nib. iurium, quia in hiſ ſecundis testib.
non eſt timor ſubornationis, ſicut in
alijs

Pars Prima

alijs de quib. regula intelligitur. & sic
cessat finalis causa regulæ. Hinc Bal. in
14. l.appellatione C. de ap. dat pulcherri-
mam cautelam. Quod si didicisti testi-
ficata & uidisti quod non bene pro-
basti & adhuc habes alios nouos testes
qui plus sciunt ueritatem, quod scribas
nomina horum nouorum testium &
porrigas iudici & implores eius offici-
um petendo, quod hos testes ex suo of-
ficio recipiat, iurare faciat & eos exa-
minet in subsidium iusticiæ & ueritatis
& tunc te absentes. Hoc iudex facere
tenetur quia regula supradicta & ratio
eius iterum cessat, cum in iudice & eius
officio non timetur subornatio c. cum
clamor de test.c. forus de uerb.sig. ubi
dicitur quod non sit iudex in quo non
est iusticia, quam cautelam refert Alex.
de imo, in L. dies § hoc autem ff. de
dam, infec.

De

Contra omnia producta. Rub. 23.

DE TERMI NO AD DICENDVM CON- TRA OMNIA PRO- DVCTA.

Rub. 23.

Terminus ad declarandum quando peti debeat.



Væ in isto termino fieri debeant satis intelligi possunt ex iam predictis, Illud autem hoc loco sciendum est. Quod isto termino adueniente, Actor siue eius procurator dicat, Vene, pater uel d, iudex ad satisfac-

R cien-

Pars Prima

ciendum huiusmodi termino, accuso contumaciam partis aduersae nihil dissentis contra omnia producta, & in ilius contumaciam, Peto mihi citationem decerni contra eandem, ad declarandum & declarari uidendum & audiendum. Quem terminum tunc iudex decernat in beneficialibus ad primam, in prophanis uero ad octauam diem iuridicam, idem potest dicere Reus, quia iste terminus est etiam communis.

DE TERMI
NO AD DECLA
RANDVM.

Rub. 24.

Actor in termino ad declarandum quid facere debeat.

Pars

De termino ad declaran. Rub. 24.

2. Pars aduersa debet citari ad dicendum contra omnia declarata.
3. Verba libelli seu alterius producti, semper sunt interpretanda in fauorem actoris producentis cum fieri potest.
4. Verba ambigua in contractibus interpretantur contra proferentem.
5. Terminus ad declarandum quare seruetur.
6. Verba ambigua testis, contra producentem interpretantur.



ERMINO AD
declarandum adue
niente, Actor seu
eius procurator di
cat. Domine iudex
ex quo statuistis ter
minum ad decla
ran. idcirco Com
pareo & accuso contumaciam partis
R 2 aduersæ

Pars Prima

- aduersæ nihil in huiusmodi causa decla
rantis. Et pro parte mea satisfaciendo
huiusmodi termino declaro & bo , cum
protestatione de laciis etc, uel potest
declaratiōem mox in scriptis offerre et
dicere, declaro, allego & dico ut in scri
2. ptis continetur, et peto mihi Citacio
nem decerni contra partem aduersam
ad dicendum contra declarata . Quod
iudex faciat, in beneficialibus ad pri
mam diem, in ordinarijs uero ad octa
vam. Pro intelligentia autem huius ter
mini est notandum. Quod uerba libel
li seu alterius producti sunt largissimi
iuris & late intelligenda et interpretan
da in fauorem producentis, etiam si hoc
oporteat fieri cum quadam improprie
tate secundum Innoc, in c. examinata,
de iudi. quem seq. ant. de but. circa me
dium & Panor. in antepenul. & ul. col.
eo. c. & in c. littere de dilat. & in c. ad
sedem de resti. spo. & proba. per tex. &
legist. in L. si quis intentione ambigua
et
& l.

De Termi.ad decla. Rub. 24.

& l. solemus j. respon. ff. de iudi. Paulus de cast. in l. qui stipendia in fi. C. de proc. & consilio suo vj. incip. In causa quæ uertitur, in uers. uerba enim libelli in ij. col. & Cons. clx. xxvij. incip. Super primo, in iiij. col. uers. Circa quod No-
tandum, Alex. de Imo, in l. sepe in ij. col.
ff. de re iud. Bal. in l. ordinarij C. de rei
uend. & in l. fi. C. de fidei. liber. glo. &
Bar. in l. sciant C. de his qui ex pub. ra-
mut. pec. accip. li. x. ubi exponitur uer-
bum commodatierit, improprie, pro-
mutuauerit, de hoc ludo Ro. Consil. v.
¶ & uide Bal. in l. cum precum C. de li-
be. cau. Secus est quando uerba dubia
extra iudicium & in contractibus fue-
rint posita, Nam tunc contra obscure
dicentem & scribentem sunt acceptan-
da & interpretanda, & eidem imputa-
tur cur non clarius dixerit uel scripserit
L. ueteribus in princ. cum suis concor.
ff. de pactis L. Nepos proculo ff. de yb.
signi. c. contra eum cum concor. in glo.
de reg.

Pars Prima

5. de reg.iu.in vj. Hinc est quod seruatur terminus ad declarandum, in quo que libet parcium potest declarare ybo uel in scriptis intentionem suam, qualis fu erit sic & esse debeat, & qualiter sua dicta & scripta in libello exceptionib. & alijs productionibus uelit intelligi & intellexisse, salua tamen datione recti sermonis, ut probatur in locis promiss. Hoc tamen habet limitationes de quib. per alex. de imo. in l. diuorcio in princ.
6. in iij. col ff. solu, matri. Supradicta quo q; non procedunt in testib. quia ybum ambiguum testis contra producentem est interpretandum, nam ille qui probat, clare probare tenetur, c. in presentia & ibi glo. in yb. dubium cum concorde proba. c. inter dilectos in fi. de fi. instru. l. duo sunt ticij ff. de testa. tute. l. ticie textores ff. de leg. i. l. non hoc C. unde legit. & cog. iuncta glos.

De

Contra Declarata. Rub. 25.

DE TERMI
NO AD DICENDVM
CONTRA DE-
CLARATA.

Rub. 25.

Terminus ad concludendum quan-
do debeat peti.



Erminus ille seruan-
tiandus est in summa
rijs ad i. in prophanis
ad octauam diem iul-
iadicam. Si autem ni-
hil est declaratum
non opus est isto ter-
mino. Sed si declaratum fuerit, tunc
actor comparens dicat, do. Iud. accuso
contumaciam partis aduersæ non com-
parentis, uel contra declarata nihil di-
centis, petens eum contumacem repu-
tari, & in illius contumaciam citationē
hincinde decerni ad cōcludendum etc.

Pars Prima

DE TERMI
NO AD CONCLV-
DENDVM.

Rub. 26.

1. Conclusio in causa an sit de substantia.
2. Conclusionem factam in causa perinde est ac si esset in termino & in calculo ferendae sententiae.
3. Conclusio non habet locum in criminalibus.



Ic terminus non est de ordine substantiæ alii, Ideo potest in causis priuilegiatis omitti, In prophanis autem est de consuetudine uide in d. cle. sepe

De termi, ad conclud. Rub. 26.

sepe § sententiam in glo, in uerb, conclusione & ibi Zabarel, & in cle, vni, in glo, in uerb, conclusionem de caus, poss,

2. & proprie. Vbi autem in causa facta est conclusio perinde habetur ac si esset in calculo ferendę sententię, & post conclusionem in causa, pars nihil amplius facere potest, imo nec iudex ad instantiam partis aliquid facere potest, licet ex iure officio sic de quo eleganter per Bar, in l, si mater § eandem ff, de Excep, rei iudica, Bal, Sali, & ang, in austen, iubemus C, de iudic, ang, Inst, de Excep, § appellatur & sic, quarto aduentas in ij, col, Sed conclusio in Crimina libus non habet locum, possunt etiam post conclusionem fieri allegationes iuris & dari consilia ut per Fel, in c, cum dilectus de fid, instru, & infra de hoc latius.

R 5 De

Pars Prima

DE MONI
TORIO, CONTRA PAR-
TEM ADVERSAM OB-
NON SATISFAC-
TIONEM NO-
TARII PE-
TENDO.

Rub. 27.

SI C omnibus terminis seruratis, si altera parcium nō curauerit litem prosequi ad finem, potest altera pars instans pro ferenda sententia, petere penale monitorium contra partem differentem & negligentem ad satisfacendum Notario causæ, decerni. Quo facto potest eadem pars Monitorium contra Notarium petere, ut singula acta debite registrata & in publicam formam

De monito, contra, part, etc. Rub. 27.

formam redacta, iudici presentet ut de-
super deliberet & iustum sententiam
ferat ut licium sit finis.

Hactenus de processu coram dele-
gato. Nunc uolumus uidere de poces-
su coram ordinario. Anteaq; autem ad
istum processum, ueniamus, repe-
tius summarie singulos terminos corā
delegato tam in priuilegiatis q; in pro-
phanis causis seruandos. Sunt itaq; ter-
mini in causis beneficialibus &
priuilegiatis coram ius-
dice delegato ob-
seruandi ut se-
quitur.

Contra

Pars Prima.

Contra Commissionē.

Ad libellandum.

Ad iurandum de calam.

ad prima diē

iuridicam.

Ad articulandum ad xij. diem,

Ad dicendum contra ar-
ticulos.

ad secundam

Ter. Ad producendū omnia. diē iuridicā.

Ad dicendum contra om-
nia producta.

Ad declarandum.

Ad dicendum contra
declarata.

ad primam
diem iuridi-
cam.

Ad concludendum.

Ad audiendum sententiā.

In

De monito, contra par, etc. Rub. 27.

In causis prophanis.

Ad dicen, contra commissio, ad
primam diem iuridicam.

Ad libellandum,

Ad respondēdū libello ad octa, diem

Ad iurandum de calum, ad
primam uel ad statim.

Ad articulandum ad xv, diem.

Ad dicen, contra articul.

Ter Ad produ, omnia. ad octa

Ad dicen, con, omnia pduct, uam di-

Ad declarandum, em,

Ad dicendum contra decla,

Ad concludendum. ad primā diē

Ad audiendum sententiā. ul' ad statim

Finis

Processus iudiciarij coram delegato
tam in priuilegiatis & in ordinarijs cau-
sis, Sequitur processus coram ordina-
tio.

Secunda

Pars Secunda

PARS SECUNDA.

DE PROCE
SSV ORDINIS IVDI-
CIARII CORAM
ORDINARIO.

Rub. 28.

1. Iudex ordinarius quis dicatur.
2. Ordinaria iurisdictio quomodo acquiratur remissiue.
3. Officium ordinarij quid sit remissiue.
4. Citatio est principium siue fundatum ordinis iudicarij.
5. Deus introduxit citationem.
6. Præsens nunquid debeat citari.
Actore

De pces. coram ordinario etc. Rub. 28.

7. Actore non comparente quomodo reo consulitur.
8. Reus citatus actore non comparente illicientiatus recedere potest.
9. Reus citatus, actore non comparente, potest se ab instantia absolui petere.
10. Actore non comparente, reus habet duplex remedium,
11. Citatio, in cuius termino actor non comparet, inchoatam præscriptionem non interrumpit.
12. Præventionem alterius iudicis, citatio, in cuius termino actor non comparet, non causat.
13. Citatio ad certam diem, hora autem non expressa, an ualeat.
14. Citatio ut reus compareat in nocte, an ualeat.
15. Citatio sine termino an ualeat.
16. Citatus ad certam diem & horam, si actus

Pars Prima

si actus ad quem citatus est, alia die uel hora fiat, an ualeat.

17. Citatio ad audiendam sententiam debet esse peremptoria.
18. Citatio ad diem nimis repentinam, in qua impossibile sit reum comparere, an omnino sit inutilis.
19. Citatio debet esse tria uel peremptoria pro omnibus.
20. Iurisdictio iudicis ordinarij est de iure communi fundata.
21. Ordinarius in qualibet parte diocesis uel territorij sua jurisdictionis, ius reddere potest.
22. Causa, si est modica & uilis & sic infra xx. aureos, tunc secundum communem practicam, saltem summaria peticio uerbo datur.
23. Causa, si excedit xx. fl. tunc secundum communem practicam libellus requiritur.
24. Reus petendo copiam libelli & liberatorias in iudicem non consentit.
Delibe-

De processu coram ordina. etc. Rub. 28

- 25 Deliberatoriæ sunt de substantia.
26 Deliberatoriæ sunt hodie arbitra=riæ.
27 Reus quid habeat facere infra ter=minus deliberatorium.
28 Libellus, si in citatione est insertus, deliberatoriæ amputantur.
29 Deliberatoriæ secundum ius Saxo=rum.
30 Practica in iudicio prouinciali Du=cum Saxonie.
31 Post terminum deliberatorium quo modo in causis brevib, procedatur.
32 Citatio peremptoria ad audiendum sententiam in causis brevib, non requiri=tur.
33 Prouinciae diuersæ, diuersos obser=uant terminos.
34 Stilus & consuetudo Ro. Cur. quan=do sit obseruanda.
35 Posiciones an de iure Saxo, debeant admitti.

S Stilus

Pars Secunda

36. Stilum & consuetudinem allegare non sufficit.
37. Testis super Consuetudine & stilo deponens, debet reddere causam suæ scientie etiam non interrogatus.
38. Quomodo in magnis causis procedatur.
39. Reo non comparente & responde re libello nolente, quomodo actori consulitur.
40. Libellus, an in termino ad libellandum incomplete possit produci.
41. Producta siue fuerint agentis siue excipientis, an in termino incomplete exhiberi possint.
42. Impedimentum adiuvocati an excusat partem.
43. Aduocati absentiam maliciose alleganti, Iudex iuramentum Malicie deferre potest.
44. Terminii qui sint, qui post litis contesta, in magnis causis seruantur.

In cri-

De pces. coram ordinario: Rub. 28.

- 45 In criminali causa non concluditur.
- 46 Allegationes & instrunctiones legum & iurium, & ita Consilia, an post conclusionem causee admittantur.
- 47 Allegationes iurium post conclusio-
nem, an sint in actis conscribendæ.
- 48 Allegationum copia post conclusio-
nem, an parti aduersæ decerni debeat.



Actenus uidimus processum ordinariū siue iudicariū agitandum coram iudicib. delegatis, tam in causis priuilegia-
tis, quam in ordi-
narijs. Restat nunc uidere de proces-
su iudicario, habendo coram Iudice

S 2 ordina-

Pars Secunda

ordinario. Sed quia supra in processu coram delegato per discursum multa dicimus, quae quoque ad processum coram ordinario pertineant, quare nunc in eo

1. tractatu erimus breviores. Quis autem dicatur iudex ordinarius, habes tex. ij. q. vj. c. a iudicibus uide Spec. in tit. de iud. ordina, in prin. ubi dicitur. Ordinarius est, qui iure suo proprio uel beneficio principis uniuersaliter iurisdicti onem exercere potest, quod declara ut ibi. Not. etiam Spec. in ij. § eo tit. qualiter princeps, lex, consuetudo, ac uniuersitas iudicem ordinarium constituere possint. Et ponit in ij. § eo tit. quid sit officium ipsius ordinarij & uide tex. glo. & Bar. in L. More maiorum ff. de iuriis. omni. iudi. Pro primo autem scire debes, Quod omnium actionum instituendarum ordinis iudicarij principium & fundamentum est Citatio, et sic quando uis inchoare aliquam causam, opus est quod inicium assumas a citatione

De pces, coram ordinario etc. Rub. 28

citatione ut ff. de in ius uoc. per to. C.
eo tit, in glos. Rub. & ibi Bal. & Mo-
5. der, instit. de pen. te. litig. § fi. Et deus
de cœlo induxit citationem & causæ
cognitionem ut supra in prima parte
plene diximus. Sed uidi rixare practi-
6. cos & inuicem disputare. Nunquid
præsens in iudicio citari debeat Bar. in
illa q. in L. j. ff. de in ius uocan. & in l.
prolatam C. de senten. & inter. om. iud.
distinguit inter uolentem & nolentem,
si presens uult litigare ualet iudicium a-
liter non citatio. si autem non uult tunc
est citandus. Sed alex. de imo. in l. j. ff.
de in ius uoc. & in Rub. C. eo. cōcludit
uerius esse q. ualet iudicium habitū cū
præsentí siue sit nolens siue uolens, et al-
leg. multas cōcord. idem tenet Iaf. in ea
L. j. ff. de in ius uoc. cum multis concor.
& allegat multas rationes ad hoc q. ua-
let processus habitus cum non citato
tamen alias præsentí & idem firmat
Panor. in c. tenor de re iud. in pen. col.

Pars Secunda

- & Fel. in c. gratum in ij. col. de off. de
7. leg. Postq; autem Actor fecerit reum
citari & termino adueniente actor non
compareat, tunc citatio circumducitur
ac si facta non fuisset tex. est in l. &
8. post Edictum § quod si is ff. de iudi. &
potest reus citatus actore non compa
rente illiciatus recedere probatur
in c. j. de dol. & contuma. in vj. potest
9. tamen etiam Reus comparens in ter
mino citationis petere se absolui ab in
stantia iudicij & quod actor condem
netur sibi in expensis, & reus ad illius
instantiam ulterius non citetur, nisi pri
us sufficienter caueat, id est, fideiuſſo
res det quod de cetero uult compare
10. re ut in d. c. j. de dol. & con. in vj. Et
sic actore non comparente in termino
Citationis Reus duplex habet remedi
um scilicet ut petat circumduci termi
num, uel se ab instantia absolui & acto
rem sibi in expensis condemnari, de
quo uide Canonist. & præsertim In
no, &

De pces.coram ordina.etc. Rub.28.

- no,& abb.in c.consuluit de off. deleg.
11. Item per citationem in cuius termino
actor non comparet,non solum Cita-
tio circumducitur,sed prescriptio incho-
ata non interrumpitur, ex quo actor
per se non comparuit, & processus ius-
dicis non dicitur per talem Citationem
12. inchoatus sed nullus , nec causat prae-
ventionem alterius iudicis ut ostend.
post alios Alex.de imo.do Ias,in Rub.
de in ius uoc. ff. Bal. in d. c. consuluit
de off. dele.Feli.in c.j.ex.de iudicij in
13. ult.col.Si autem Citatio fieret ad cer-
tam diem non expressa hora,tamen ci-
tatio ualeat & debet subintelligi hora
audientiae consue. quod si non habet
certam & consuetam horam audien-
tiæ,potest citatus comparere quacun-
q; hora diei,in qua iudex ante noctis
tenebras potest perficere actum ad
quem est citatus, ut per Panor. in d.
c. consuluit & c. cum nobis ex. de E-
lect.& Alex.de imo. in L.more roma-

S 4 no ff.

Pars Secunda

14. no ff. de feri. Nec ualet citatio ut reus compareat, in nocte ut per abb. in d. c.
15. consuluit & ibidem, per Feli. Et potest etiam fieri citatio sine termino & debet intelligi talis citatio ut Reus compareat q̄d primum poterit commode comparere, probatur per tex. & ibi Panor. c. cū parati de appell. Si aut̄ fuerit quis citatus ad certam diem & horam, & actus ad quem Citatus est fiat alia die & hora, tunc actus non ualet ut pulch. per Bar in L. fi. §. Si is qui ff. quod vñ. aut clam. & Fel. in c. j. ex. de iud. in col.
16. fi. Saluo tamen eo quod iudex si fecerit citari partem ad audiendam sententiam certa die, posset diem illam prorogare ad sequentem. Est etiam notandum quod citatio ad audiendam sententiam debeat esse peremptoria, alias non ualet ut dic. c. Consuluit & ibi per doct. Si quis citatus ad diem nimirum repentinam, in qua non possibile est resum comparere posse, nihilominus talis citatio

Dicitur pces. coram ordina. Rub. 28

citatio non est omnino inutilis, sed debet comparere quod primum potest post istam diem, Habet enim ista citatio interpretationes iuris in se duo. primum ut compareat hoc est principale, secundum ut tali die compareat & hoc est accessorium, sed accessorium non uicis at principale ut in causa accessorium de reg. iur. in vij. & hoc per causa, cum dilecti & ibi dd. de dol. & cont. & probat hoc glos. fi. in fi. in causa. Nemo potest de reg. 19. iu. in vij. Notandum est etiam quod citatio debet esse tria seu una peremptoria cum debitibus interuallis secundum distantiam locorum, et qualitatem personarum & causarum, de quibus per legist. in L. consentaneum & in aucten. qui semel & L. tres denunciations C. quomodo et quando iudex, & per Canonistas in d. c. consuluit de off. del. Veniente autem termino Citationis ad respondendum querelis, Comparebit auctor seu eius procurator accusando con-

S 5 tumas

Pars Secunda

- tumatiā Rei citati non respondentis
querelis suis petendo eum contumacē
reputari & in illius contumatiā sibi
ulterius processum decerni scilicet Mo-
nitorium etc. & hæc omnia apud acta
registrari. Ex aduerso autem compareat re-
us uel procurator cum Mandato etc. ut
20. supra dixi. Et quia iurisdictio iudicis or-
dinarij est de iure communi fundata.
21. ita quod in qualibet parte territorij sua
iurisdictionis ius reddere potest ut in c.
cum episcopus de off. ord. in vj. ideo
non est opus seruare terminum coram
eo ad dicend. contra commissi. cum sua
commissio de iure communi sit funda-
ta & non ueniat ab homine, licet autem
ordinarius in toto suo territorio possit
ius reddere, tamen si causa est parua, no
debet partem ad se ex longinquō ci-
tare, ne pauperes uexentur laboribus
& expensis, per ea quæ not. in c. ut litigantes
de off. ord. in vj. & c. tum ex litigantibus
22. teris de rest. in integ. cū ibi not. Est autem
notan-

De pces. coram ordina. Rub. 28.

notandum, Quod communis practica est coram ordinarijs, ut si causa propter q̄ actor fecit citari Reum sit modica seu uilis & sit infra xx. flore, quod sal-

23 tem Summaria petitio datur uerbo. Si autem petita summa excederet xx. flo- tunc datur libellus iuxta ea que haben- tur & not. in l. ij. & seq. & in aucten. Nisi breuiores C. de sent. ex per. reci- tand. & in d. aucten. offeratur cum si- mil. Postq̄ nunc Actor in causa modi- ca dedit uerbalem impetionem suam ad acta seu ad registrum. Vel si sit sum- ma excedens xx. flo. dedit libellum in scriptis, tunc Reus petat sibi de hoc de- cerni copiam & terminum deliberan- di, an uelit liti cedere & se cum actore amice componere, an uelit pocius con-

24 tendere. Nec per hoc Reus talia petēdo consentit in iudicem ut in aucte. offera- tur C. de litis contest. iij. q. iij. § offerat.

25 Sunt autem huiusmodi induciae delibe- ratorie

Pars Secunda

ratorie adeo de substantia iudicij, ut si iudex eas Reo neget eius iudicium erit nullum. Et de iure cōmuni hec inducē

26. sunt xx. dierum, hodie autem sunt Ar-
27. bitrarię. Hæc omnia, & quod Reus in-
28. fra terminum deliberatorium tria ha-
beat facere. Et quando denegantur invi-
29. ducē etc. supra plene ostendimus. Illud
etiam addo, quod de iure Saxo, sit aliis
modus dandi deliberatorias, dantur
enim ad proximum iudicium, suo uo-
cabulo, zum negsten dinge, id est ad
30. proximam residentiam iudicis. Practi-
cam autem ad amputandum delibera-
torias scilicet mittendo Copiam libelli
cum citatione obseruant Consistoriales
in iudicio prouinciali ducum Saxonie.
Et statuunt reo terminum vj. hebdo-
mo. ad apponendum omnes dilatorias
31. & declinatorias fori. Post terminum
deliberatorium si reus nihil opposuit
& releuet de iure, ex tunc si actor suam
impeticionem uerbalem in causa scili-
cet

De pces. coram ordina. etc. Rub. 28.

breui nondum dedit ad registrum ut supra dict. est. potest petere sibi prefigi terminum ad dandum impeticionem suam ad librum siue ad registrum ad diem primam. Si uero Actor iam dedit impeticionem suam ad librum & reus qui recepit diliberatorias infra terminum deliberatorium nihil opposuit, tunc potest Actor petere Monitorium siue processum ad respondendum impeticionis sua pro ut est in libro, & listem desuper contestandum, quod si non fecerit, potest peti sub excommunicatis pena moneri ut respondeat & listem contestetur infra triduum uel sex dies; secundum qualitatem causae & personarum, tales enim dilationes in causis breuibus uenient arbitrio iudicis, dummodo tamen iudex partes non nimis precipitet uel grauet. Petatur deinde ut iuretur de calumnia ad statim uel ad primam sub excommunicatis pena, uel si iudex esset Secularis sub

po-

Pars Secunda

pena immissionis bonorum contumacis pro modo debiti. Si autem Reus responderit et contestetur litem negatiue dicendo, Narrata pro ut narrantur non esse uera etc. tunc actor potest petere terminum ad repetendum impetitionem suam medio suo iuramento de calunnia prestito, ita etiam Reus repetat per iuramentum suam responcionem. Et si Reus repetierit suam responcionem negatiue datam per iuramentum, petat actor se admitti ad probandum impetitionem suam citra onus superfluæ probationis. Quo facto, petat Citationem contra testes & partem aduersam, ad uidendum & audiendum testes produci & iurari, & ad dandum interrogatoria si uelit, postea ad publicandum & publicari uidendum dicta testium, Item ad excipiendum contra dicta testium, postea ad replicandum, duplicum, triplicandum, quadruplicandum etc, Item ad producendum omnia, postea

De pces. coram ordina, etc. Rub. 28.

stea ad dicendum contra omnia producta, & ad concludendum & conclusi uidendum. Item monitorium ad satisfaciendum Notario infra triduum alias ad audiendum se excommunicari, tunc Notarius registrum tradat iudici.

32. Ultimo petatur Cītatio ad audiendam diffinitiuam sententiam. Et hæc Cītatio debet esse peremptoria, alias non ualeret Cītatio in prophanis ut supra dixi, licet in causis beneficialibus sufficiat Cītatio simplex ad audiendam sententiam d. cle. sepe § summam uero in glo. uerb. non peremptorie de uerbo.

33. signifca. Quod autem supradicti termini nō ubiqꝫ et sic extra Curia Roma, aliter obseruantur ꝑ in Curia Ro. & ita aliter in Consistorio Colonensi quam in Magdeburgensi, hoc non est mirandum, cum quælibet prouincia abundet in suo sensu & ritu dist. lxxvj. c. uti nam c. certificari extra de sepult. Et licet stilus & consuetudo Ro. Cur. sit ob-

Pars Secunda

sit obseruanda pro lege c. ex litteris de
constitu, cum similib. Hoc tamen uerū
est ubi papa uel Canon hoc mandat
nec uult consuetudinem in contrarium
ualere, tunc bene astringit etiam alias
Curias ad obseruantiam illius c. Nolite
& ibi glo.c.fi.xi.dist.&c. illud xij. dist.

35. Quare pro ut supra a me dictum est
cum Canon approbat & affirmat con-
suetudinem & usum faciendi & for-
mandi positiones & articulos etiam in
causis prīuilegiatis ut d.cle. Sepe. Ergo
iste Stilus est obseruandus in omni lo-
co etiam in Saxonia. Vbi uero papa si-
ue imperator non mandat aliquem sti-
lum obseruari, tunc non est inconueni-
ens ut termini secundum consuetudi-
nem istius consistorij obseruentur sicut
in alijs consimilib. causis. Quod si fuerit
factum & iudex ordinarius dederit sen-
tentiam diffinitiuam super premissis
obseruationibus terminorum secun-
dum consuetudinem & stilum sui con-
sistorij.

De pces.coram ordinario etc. Rub. 28

sistorij, & pars contra quam lata est sententia, ab illa appellauerit ad sedem apostoli, & causa fuerit commissa in Rota. propterea autem sententia non uiciatur quod in ea non sint obseruati termini secundum stilum Cur. Ro. sed sufficit ut termini fuerint seruati secundum consuetudinem Consistorij iudicis a quo. Vnde si pars pro qua lata est sententia timeret sententiam pro se latam in Curia retractari, propterea quod termini secundum consuetudinem Cur. Ro. non sint obseruati, tunc bonum est, quod pars ponet & articulet Consuetudinem & Stilum Consistorij iudicis a quo, & tales stilem probet tunc obtinebit, dummodo alia substantia iudicij, de quib. in L. prolatam C. de senten. & inter. om. iud. & ibi glof.

36 fint obseruata. Et sic non sufficit allegare Stilum aut consuetudinem nisi pbeetur. Et in probando Stilum aut consuetudinem, oportet quod testes reddant T causam

Pars Secunda

causam suæ scientiæ, etiam si non interrogarentur ut per Inno. et Moder. in C. cum causam de testi. Bar. & Moder. L.

38. solam C. eo tit. In causis autem magni præiudicij, datur terminus ad libellandum & libellari uidendum ad octauam diem, & hic terminus est communis utriq[ue] parti si forte reus uellet reconu[n]ire Actorem. Adueniente isto termino, Actor accusabit contumaciam Rei non libellantis aut libellari uidentis, & petat reum Contumacem reputari & in illius contumaciam det suum libellū in scriptis, petens reum citari ad respondendum libello suo & litem de super contestandū ad primā diem iuridicam pro prima dilatione. Secundo ad idem pro secunda dilatione, tertio si militer ad primā diem. Et si reus in istis tribus dilationib. contumaciter se absentererit, petat Actor quod quarto ex superabundanti ad conuincendum omnem

De pces. coram ordina, etc; Rub. 28.

- omnem rei maliciam citetur sub ex-
40 com. pena etc. Vellem & hoc non p̄a-
terire, quod si actor in termino ad li-
bellandum perfectum libellum non ha-
buerit, potest libellum suum incom-
plete dare, & petere terminum ite-
rum ad octauam diem ad complendū
corrigendum siue emendandum suum
libellū, uel si cicius poterit ad primā diē
prout placet, in quo termino actor p-
ducat libellum suum correctum seu cō-
pletum. Sciendum tamen est, Quod
omnia producta in scriptis, siue fuerint
agentis, siue excipientis, si pars produ-
42 cens, uel eius Aduocatus fuerit im-
peditus in termino statuto, tunc pos-
sunt dari incomplete. Et deinde pe-
tit sibi restitui ad complendum. Secus
autem si nihil produceret uerbo uel
facto incomplete, quia tunc fieret
contumax, ut supra in processu De-
43 legati satis dictum est. Verum ta-
men est, Quod si quis allegaret

T 2 mali-

Pars Secunda

maliciose absentiam Aduocati uel eius
impedimentum ad differendam litem.
Iudex alleganti Iuramentum Maliciae
deferre potest, per ea quæ habentur in
c.ij. in fine de iura col. in vij. Si uero
actor in termino fieret contumax, tunc
Reo cōsulitur ut iam supra dictum est.
In termino autem ad respondendum
libello, Reus petat copiam libelli &
terminum ad deliberandum, quo elap-
so potest Actorem reconuenire, si uult,
postea autem contestetur Lis, & post
litis contestationem seruantur isti ter-

45. mini. Quod autem de Conclusione di-
cimus, hoc non habet locum in causa

46. Criminali ut supra dictum est. Sed quā-
uis pars post conclusionem non ampli-
us admittatur ad probandum, possunt
tamen fieri allegationes, informatio-
nes, & instructiones iurium & legum,
& ita post conclusionem possunt dari
Consilia per Fel. in d.c. cum dilectus &
per Bal. in aucten. Iubemus C. de iudic.

Et

De pces. coram ordina. etc. Rub. 28.

Et ad dandum tales informationes iurium, iudex tenetur petenti inducias dare, quod maxime uerum est in passibus dubijs, quia per illas allegationes iuris animus iudicis inducitur ad cognoscendam iuris ueritatem per L. iudices & aucten. iubemus C. de iudi. Et iste allegationes non sunt in actis conscribenda, cum solum iudici dantur ad informandum. Nec parti petenti dari debeat Copia allegationum, nec debent transmitti cum actis ad superiorem seu Consultorem, ex quo producuntur post conclusionem Causæ & sic extra causam, Nec etiam sunt de Substantia iudicij de quib. in sepe d. L. prolatam ita firmat Bal. in d. aucten. Iubemus. Sed Io. pet. ferra. in sua pract. in tit. de for. pet. cop. instru. in glo. uerb. coram uobis. Et D. Ias. qui refert pet. de fer. in L. ij. C. de Eden. uers. ultra scribentes, tenet contrarium. Quod non solum instrumentorum, sed etiam allegationum & Con

T 3 siliorum

Pars Secunda

filiorum debeat parti aduersæ copia
fieri alleg.ad hoc Spec.in tit. de dispu.
& alleg. § porro uers. & Nota. Sed
Ioa.ibi in add.dicit,quod hæc non ser-
uantur in practica, idem firmat Ludo.
Roma.in singul.suis in clxiiij.incip.fuit
interrogatus.Et Fel.post Imo,in c. per
tuas de testib.Vt autem hæc disputatio
euitetur, debet pars allegationes suas
solum dare iudici , non in iudicio , nec
petere ut registrantur apud acta. Et
sic cum non sint pars actorum,pars co-
piam eorum petere non potest & sic
cessabunt rationes per Fer. & Ias. de
May.alleg.

Finiſ.

Processus coram ordinario, sequitur
pars tertia de processu in causa appellaz-
tionum.

Pars

De appella. Rub. 29.

PARS TERTIA.

DE APPEL
LATIONE.

Rub. 29.

1. Appellatio quare sit inuenta.
2. Appellatio quid sit.
3. Appellatio de iure Ciuitati, etiam si iudex ad quem non exprimatur, ualeat.
4. Appellatio de iure Cano, non ualeat, in qua iudex ad quem non sit denominatus.
5. Ratio quare de iure Ciuitati, in appellacione iudex ad quem exprimendus sit, & secus de iure Canonico.

T 4 Ap=

Pars Secunda

6. Appellatio de iure Ciuali fit gradatim, de iure autem cano, potest fieri me dio omisso.
7. Ab interlocutoria & quocunq; grauamine, de iure Cano, appellari potest,
8. Appellatio ab interlocutoria de iure Ciuali regulariter non admittitur.
9. Ab interlocutoria, quando etiam de iure ciuali appelleatur.
10. A grauamine continuo semper potest appellari.
11. Appellatio habet duos effectus dissolutionem & suspensionem.
12. Regula, quod semper presumatur, pro sententia iudicis, quando fallit.
13. Appellatio de sententia excommunicationis, non tollit effectum excommunicationis.
14. Appellatio praecedens excommunicatione annullat sequentem excommunicationem.
Appel-

De appella. Rub. 29.

15. Appellatio partis & excommunicatio iudicis, quando simul concurrunt quid iuris.
16. Excommunicatio non conualefecit ex desertione appellationis.
17. Ab initio uiciosum tractu temporis non confirmatur.
18. Appellans debet probare appellacionem suam præcessisse excommunicationem.

1.  Via iudices coram quib. litigatur, nunc per ipsorum sententias interlocutorias, nunc diffinituas, partes sepe grauant, Idcirco iura contra huiusmodi indebita grauamina remedium appellationis salubriter inuenerunt, ut L. I. in princ. ff. de appellatio. & per tot. tit. 2. de appella, in decreta. vj. & cle. Quid T 5 autem

Pars Tertia

- autem sit appellatio, ad quem, quomodo & quando sit appellandum uide glo. sum. ij. q. vij. & per Canonis. in Rub. eod. Et licet regulare sit, quod a minore ad maiorem appelleatur, si tam uertitur causa coram iudice uel arbitro ecclesiastico & seculari simul, appellandum est, seu si sunt arbitrii, arbitrium reducendū est ad superiorem iudicem uel arbitrum ecclesiasticum secundum Bal. in L. precipimus in fi. C. de appell. & alex. de Imo. cons. clxxxij.
3. in ij. par. Preterea notandum est quod de iure Ciuiili ualeat appellatio facta ad superiorem etiam non nominatum uel expressum ut ostend. Ab. in c. ij. de appell. cum concord. ibi per eum, & Alex. de imo. in d. suo consilio cum multis
4. concordan. Secus est de iure Cano. ibi enim iudex ad quem exprimendus est.
5. Rationem ponit Ab. in d. c. Quia de iure Ciuiili semper est appellandum gratiam ad proximum superiorem nullo omisso

- omisso medio. Et sic iudex ad quem
 6. semper est certus, licet eius nomen in
 appellatione non sit expressum. Et in
 hoc commendatur Imperialis Maies-
 tas, quod non permittit immediate ad
 se appellare omisso medio, sed gradatim
 ut a iudice Ciuitatis ad principē, a prin-
 cipe ad imperatorem, tex. est in L. im-
 peratores ff. de appell. De iure autem
 Canonico potest appellari ad superio-
 rem omisso medio, ut ab Episcopo im-
 mediate ad papam ij. q. viij. c. Metropo-
 litanum & glo. est in c. si duobus de
 appella. Item de iure Canonico non so-
 lum a diffinitiua sed etiam a quacun-
 8. q interlocutoria appellari potest c. su-
 per eo la. ij. c. ut debitus de appella-
 cum similibus. De iure autem Ciui-
 lulariter ab interlocutoria non appell-
 lat l. ij. C. de Episco. aud. L. ante C. quo
 9. rum ap. non recip. Si tamen grauamen
 illatum

Pars Tertia

- illatum per interlocutoriam non possit
reparari per obtentum in diffinitura,
uel si interlocutoria haberet uim diffi-
nitiuæ, tunc de iure ciuili ab interlocu-
toria etiam potest appellari d. c. super
eo la.ij. &. ibi per Panor. Bar in L.ij. ff.
Si quis in ius, uers. quero utrum a sente-
tia & L. intra utile ff. de minorib. Item
a grauamine continuo potest semper
appellari, quia grauamen dicitur quo-
libet die innouari. Ut si quis esset ten-
tus in Carcere toto anno, grauamen es-
set continuum, ergo eo durante semper
potest appellari ut not. in d. c. super eo.
- II. Item nota istud, Quod appellatio ha-
beat duos effectus, deuolutionem &
suspensionem, dixi suspensionem, quia
suspendit sententiam, a qua interponitur
ne eius effectus currat, suspendit etiam
iurisdictionem iudicis a quo, quantum
12. ad illam causam. & similiter suspendit
presumptionem quæ est p sententia iudi-
cis, Sententia enim iudicis semp presu-
mitur

De Appella. Rub. 29.

- mitur iusta, nisi sit ab ea appellatum,
tunc enim non presumitur iusta c. in
præsentia extra de Renunc. cum simi-
lib. Dixi deuolutionem, quia deuoluit
causam de iudice a quo, ad iudicem ad
quem, dico causam principalem cum
omnibus suis accessorijs et consecutiuis
c. cum in ecclesia, c. ut debitus in fi. de
appella. & Not. per Cy. in L. per hanc
13. C. de tempo. appella. Hoc autem men-
ti tenendum est, Quod appellatio non
tollit effectum excommunicationis, si
scilicet sequatur excommunicationem,
14. Secus si præcederet c. pastoralis § ue-
rum de appella. Vnde si quis appella-
ret ex legitimis causis ante excommu-
nicationem iudicis, tunc excommuni-
catione sequens est nullius momenti.
Nam ista appellatio suspendit & deuo-
luit iurisdictionem & potestatem ipsi-
us excommunicantis ad superiorem ad
quem est appellatum, & ita excommu-
nicatio dicitur facta a non iudice, ergo
per

Pars Tertia

per consequens erit nulla per uulga. &
phantur in c. significante c. Rudolphus
c. significauit, de Rescrip. d.c.pastoralis
de appella. c. non solum, c. si a iudice li.
vj. eod. tit. c. licet in glo. de Senten. ex
com, in vj. Quid autem si iudex in ex
15. communicando & pars in appellando
simul concurrant? Responde si pars
appellans praeuenerit cum uerbo ap
pello, uerbum iudicis, Excommunicat
mus, tunc Excommunicatio dicitur fa
cta post appellationem, & per Conse
quens est nulla. Si autem Iudex primo di
cat excommunicamus, anteq; pars di
cat appello, tunc excommunicatio pro
cedit & ligat & trahit secum mox ef
fectum suum, nec suspenditur per ap
pellationem sequentem, per ea quæ
not. Io. and. & Gemi. c.j. de appella. in
vj. idem Io. and. in c. cum sint iura par
ciū de reg. iu. in vj. Innoc. in c. preterea
de appella. de quo per Paul. de cast. in
L. si

De Appella. Rub. 29.

16. L. si quis id ff. de iurisdict. om. iud. Sed quid si pars prius appellauit, & iudex postea excommunicauit, pars tamen appellationem suam deseruit, id est non prosecutus fuerit infra fatale, an tunc excommunicatio iudicis reuiuiscat & incipiat ligare? Dicendum est quod non, per rationem, quia excommunicatio iudicis ab inicio fuit nulla, quia lata post appellationem, & sic appellatione deserta non reuiuiscit per reg. quae est
17. in L. quod in initio ff. de reg. iu. c. non firmatur de. reg. iu. in vj. Et licet dicatur in d. c. licet, de Sen. excom. in vj. quod appellans ab excommunicatione post eius desertionem sit uitandus, donec doceat quod fuerit Excommunicatus, post appellationem suam legitimam, hoc tamen facile docere poterit exhibendo instrumentum appellationis suae, & diem excommunicationis ex actis. Et sic ex datis appell-

Pars Tertia

datis appellationis & excommunicati-
onis inuicem comparatis, patebit an ap-
pellatio precessit uel non. Nec oportet
probare ueritatem grauamini allega-
ti, sed sufficit ostendere data & instru-
menta appellationis, quod appellatio
præcessit excommunicatione, quod firmat
Decis. Rot. mihi in cxxx. incip. Si post
inhibitionem in no. Et si excommunici-
cator post appellationem faceret nihil
minus appellantem denunciari, talis de-
nunciatio non ligat ut not. Doct. in
d. c. Licet de senten. excom. li. vj. Nec
obstat quod appellans post desertam
appellationem, illam prosequi non po-
test cle, sicut de appel. potest tamen p-
cedere per viam nullitatis sententiae. Et
probatur hæc nullitas ex eo, quod ex-
communicationis sententia secuta est
appellationem per Gemi. & alios in d.
c. licet de sententia excom. in vj.

De

De pces. in cau. app. ab inter. Rub. 30.

DE PROCE-
SSV IN CAVSA APPEL-
LATIONIS AB IN-
TERLOCVTO-
RIA.

Rub. 30.

Appellans, quomodo post interpo-
sitam appellationem ab interlocutoria
ulterius procedere debeat.



Ostq; fuerit appellat-
um a grauamine seu
iniusta interlocuto-
ria, partes si uelint,
possunt resilire, et re-
nunciare articulo gra-
uaminis & procede-
re in

V

Pars Tertia

re in principali negotio. Quod si no-
lunt & litigare cupiunt, procedendum
est hoc modo. Imprimis impetrat ap-
pellans a iudice ad quem, Rescriptum
seu commissionem causæ suæ appellati-
onis, presentata autem commissione
suæ appellationis, Iudicis deputato, eaq;
accepta, petat appellans primo Citatio-
nem contra appellatum seu eius procu-
ratorem, si sit apud acta, ad dicendum
contra Commissionem ad primam, in
quo termino comparebit appellans &
seruabit eum ut supra ostensum est in
processu delegati. Impetrat postea Ci-
tationem ad dicendum contra appella-
tionem, & iura pro deuolutione causæ
facientia etiam ad primam. Appellatus
vero, si habeat exceptiones reuelantes
contra commissionem, opponat per ea
qui habentur & not. in c. ex litteris de
rescrip. & L. prescriptione C. Si contra
ius uel util. publ. ut supra circa excep.
contra rescrip. plene ostensum est,

De

Cont. appell. & iura deuol. Rub. 31.

DE TERMI-
NO AD DICENDVM CON-
TRA APPELLATIO-
NEM ET IVRA-
DEVOLVEN-
TIA.

Rub. 31.

1. Exceptio contra appellationem quod non sit interposita infra x. dies.
2. Item quod apostoli non sint petiti infra xxx. dies.
3. Item quod ab interlocutoria non sit appellatum in scriptis.
4. Item quod non sit appellatum in presentia iudicis etc.
5. Decem dies ad appellandum in principio sunt utiles.

V 2 Ap

Pars Tertia

6. Apellatio presumitur infra x. dies, a die noticiæ interposita, quod not.
7. A sententia inferente grauamen continuum semper potest appellari etiam post x. dies.



Dueniente termino ad dicendum contra appellationem , qui est ad primam. Appelans producat appellationem suam, uel si produixerit , repetat eam uerbo , accusando contumaciam appellati nihil dicentis contra appellationem, & in eius contumaciam obtineat citationem ad impugnandum & iustificandum ad primam . Ex aduerso autem appellatus potest excipere eodem termino contra appellationem,

1. Quod non sit appellatum infra decem dies.

Con. app. & iura deuol. Rub. 31

2. dies. Quod apostoli non sint petiti infra xxx. dies, c. ab eo de appell. in vj.
3. Item quod non sit appellatum in scriptis, quia ab interlocutoria debet appellari in scriptis c. ut debitus de appella.
4. Item quod non sit in praesentia iudicis appellatum cle. j. cum glo. de appella.
5. Vnum non omitto quod x. dies ad appellandum a principio sunt utiles & postea continui, & sic illæ decem dies non currunt a tempore sententiæ sed scientiæ, ut probatur per L. 1. § fi. ff. quand. ap. sit L. ab eo C. quo. & quan. iud. c. concertationi & ibi glo. super uerb. sciuerit de appella. in vj. Quare si condemnatus non fuerit presens sententiæ, prudentes solent sibi notificare sententiam in forma publica cle. causam de Elect. ut per hoc currat sibi tempus appellandi. Presumitur tamen, appellationem infra x. dies a tempore ignorantiae lapse & scientiæ inchoatae, interpositam esse, nisi probetur ante uel prius sciuisse
- 6.

V 3 ut in

Pars Tertia

ut in decis. Ro. cccxvij. in no. incipi. Si
7. possessor. Debetis & hoc meminisse,
Quod a sententia inferente grauamen
continuum potest appellari quandocumque
etiam post x. dies, ut a tortura, Cap-
tura, uel a precepto de capiendo aliquem
item ubi assignatur locus non tutus sed
suspectus, quia grauamen semper durat
ergo semper potest appellari, per ea
quaesit. not. Bal. in l. ij. in ij. ques. C. de
Episco. audi. & L. j. circa fi. C. sen-
ten. rescind. non pos. Ant. de But. &
Imo. in c. ex parte j. de appell. Spec. in
tit. de appella. & restat uers. & Not. ses-
cundum Vincen. & premissa ple-
ne probantur per Ias. de
May. in L. Error C.
de iur. & fact. igno.
no. cum multis
tis cons-
cord.

De

De ter, ad impug. & iustifi. Rub. 32.

DE TERMI
NO AD IMPVGNAN=

DVM ET IV=

STIFICAN=

DVM.

Rub. 32:

1. Impugnatio respicit appellantem, qui impugnat processum iudicis a quo.
2. Iustificatio respicit appellatum, qui iustificat processum iudicis a quo.
3. Termini, qui seruantur in causa ap-
pellationis ab interlocutoria interpo-
sitæ.

V 4 Post

Pars Tertia



- Ost terminum ad dicendum contra ap pellationem sequitur terminus ad im pugnandum & iustificandum. Pro intellectu istius termini scias, quod impugnatio respicit appellantem qui impugnat processum uel sententiam iudicis a quo, & dicitur ad impugnandum, id est ad uidendum impugnari sententiam.
2. uel processum iudicis a quo. Verbum autem iustificandum respicit appellatum, & etiam processum iudicis a quo. Appellatus enim rursus prioris iudicis sententiam iustificat, petendo pronun ciari, bene fuisse processum, seu pronun ciatum & male appellatum, pro ut hoc declarat glo. in c. appellanti, de appella. In hoc ergo termino habeat appellans articulos super eo, quod iudex a quo eum iniuste grauauit & petat pronun ciari

Ad impug. & iustifican. Rub. 23.

ciari bene appellatum & male processum. Ex aduerso appellatus dabit causas quare sit bene pronunciatum & male appellatum, petens similiter hoc pronunciari, petat etiam quelibet parcium sibi alteram partem in expensis 3. demnari. Et sic uidetis quod termini, in causa appellationis a grauamine seu interlocutorie interpositae sunt, Ad dicendum contra commissionem ad primam. Ad dicendum contra appellationem ad primam, Ad impugnandum & iustificandum ad primam. Ad audiendum sententiam uel uoluntatem iudicis super premissis, iste terminus est arbitrarius. Hæc sunt uera ubi appellans prosequitur appellationem, si autem appellatus uelit prosequi, ut statim dicemus, tunc in termino ad dicendum contra commissionem appellatus potest tacite uel exprefse consentire in iudicem & repetere appellationem partis aduersæ, quatenus pro se facit, & petere sibi sta-

V 5 tui

Pars Tertia

tui terminum ad impugnandum &
iustificandum ut supra.

APPENDIX
TVS QVOMODO AP-
PELLATIONEM
PROSEQVA-
TVR.

Rub. 33.

1. Appellatus, si appellans suam appelle-
tionem prosequi non curat, habet du-
plex remedium.

2. Pars appellata potest preuenire ter-
minum appellationis legalem, dum-
modo non nimium precurrat.

Quare

Appellatus qmo. ap. proseq. Rub. 33.



VANDoꝝ contin-
git, quod appellans
sentit se habere ma-
lam causam, quare
suam appellationem
prosequi non curat,
quia solum animo
litem prorogandi prouocauit. Tunc
appellatus habet duplex remedium.
Quia postqꝫ appellans fecit eum cita-
ri ad dicendum contra commissionem,
poterit appellatus in iudicem consen-
tire, dicendo, consentio in uos domi-
num iudicem, & repeto appellacio-
nem partis aduersae, & peto hinc inde
statui terminum ad impugnandum &
iustificandum ad primam. Tunc si ap-
pellans non uult persequi, potest appella-
tus iustificare sententiam iudicis a quo et
dare articulos, deducendo qmodo sen-
tentia prioris iudicis fuit iusta, Iu-
dexqꝫ a quo bene processit & pro-
nunci-

Pars Tertia

nunciauit , petens pronunciari bene processum & male appellatum. Atten-
2. dite ad unum. Quando appellans fue-
rit negligens in finiendo appellatio-
nem suam,tunc poterit appellatus , qui
cupit finem litis, appellationem pro-
qui, dummodo non nimio preueniat
appellantem , debet autem appellatus
expectare x. menses, aliij dicunt unde-
cim. Si ergo appellans infra hos menses
tacet & non prosequitur, appellatus po-
test præcurrere iuxta ea, que habentur
in c. oblate & ibi doct. de appell. ubi di-
citur, quando nimis præcurrat appella-
tus, quando non. Si uero appellatus an-
te iiiij. v. uel vij. menses appellationem
uellet prosequiri, tunc nimirum præcurre-
ret,cum appellans habeat ad minus an-
num & ex causa Biennium ut ibi, & c.
cum sit & c. ex ratione de appell. Secun-
dum remedium, quod habet appellat-
us , appellante non prosequente , est,
quod potest expectare lapsum anni &
fatale

Appellatus qmo.app. pseq. Rub. 33.
fatale prosequendæ & finiendæ appellatiōnis, illo autem effluxo faciat citari appellantem ad iudicem a quo, ad docendum & fidem faciendum de p̄secutione & finitione appellationis sue, alioquin ad uidendum & audiendum pronunciari appellationem suam deser tam, de quo tamen processu desertio nis dicam infra plenius.

Notetis quod supradicti termini in causa gravaminis non solum in bene ficialibus, sed etiam in prophanis seruantur. Et quare posuimus terminum ad dicen, contra commissio, infra patesbit.

PROCES SVS IN NEGOTIO PRINCI PALI POST IVSTIFICA TAM APPELLATIONEM GRAVAMINIS.

Rub.

Pars Tertia

Rub. 34.

Expedito negotio appellationis a
grauamine , quia est iustificatum , uel
per interlocutoriam pronunciatum , ma-
le fuisse processum et bene appellatum ,
nam sic iudex appellationis retinet cau-
sam penes se , alias si pronunciaret , male
appellatum & bene processum remit-
teret causam ad iudicem a quo , d . c . ut
debitus & glo . in yb . alioquin Spec . in
tit . de appell . § de officio quoq ; eius ad
quem circa princ . uel si partes ambe re-
nunciant iustificationi grauaminis , &
uolunt procedere in causa principali .
Aut sint latæ tres sententiae conformes
super grauamine , his enim tribus mo-
dis dicitur causa grauaminis expedita
quod procedi potest in causa principa-
li , in quo grauamen est emersum uel
accidit faltem accessorie , coram iuz-
dice ordinario ad quem appellatum
est ,

In caus. benefi. secun. instan. Rub. 35.

est, uel si sit appellatum ad Curiam Roma. & ibi causa appellationis commissa una cum negotio principali, Postq; enim causa semel cepit esse in curia, manebit in Curia, nisi eam papa uel imperator committet extra Curiam de quo per Doct. et presertim Phi. per us. c. ut nostrum, de appell.

PROCES SV IN CAVSIS BENE- FICIALIBVS IN SE- CVNDA IN- STANTIA.

Rub. 35.

In causis priuilegiatis ut beneficialib.
& similibus omnes termini secundæ
instan-

Pars Tertia

instantiæ seruabuntur ad primam, pre-
ter terminū ad articulandum qui olim
seruabatur ad xij. hodie ad octauam. &
sunt isti termini. Ad dicendum contra
commissionem ad primam. Ad libel-
landum ad primam. Ad iurandum de
calumnia ad primam. Ad articulans-
dum ad octauam, Ad dicendum con-
tra articulos ad primam. Ad producen-
dum omnia, ad primam. Ad dicendum
contra omnia producta ad primam.
Ad declarandum ad primam. Ad dicen-
dum contra declarata ad primam, Ad
concludendum ad primam, Ad audi-
endum sententiam ad primam.

PROCES
SVS SECUNDÆ INSTAN-
TIAE IN CAVSIS
PROPHANIS.

Rub.

In caus. ppha. secum. instan. Rub. 36.

Rub. 36.

1. Terminus ad dicendum contra com
missionem quare in causa appellationis
seruetur.
2. Quomodo in consistorijs princi-
pum Saxo. in causis appellationum p-
cedatur.
3. Formalia quæ respiciant.
4. Materialia quæ respiciant.



Ermini, qui in hac
secunda instantia ser-
uantur sunt isti. Ad
dicendum cōtra com
missionem ad pri-
mam. Ad libellan-
dum in Curia ad se-
cundam, extra Curiam ad octauam.
Ad respondendum libello & iuran-
dum de calumnia ad primam. Ad arti-
culan-

X

Pars Tertia
culandum ad octauam. Ad dicendum
contra articulos ad secundam. Ad pro-
ducendum omnia. 1 Ad dicendum con-
tra omnia producta. Ad declarandum
ad dicendum contra declarata ad secun-
dam. Ad concludendum et ad audiен-
dum sententiam ad primam uel ad sta-
tim. Et hæc sunt uera in foro ecclesiæ-
stico. Nec est mirandum quod in cau-
sa grauaminis seruatur terminus ad di-
cendum contra commissionem, & po-
stea producendo ad principale negoti-
um iterum seruatur idem terminus.
Nam siue causa committatur in Curia
siue extra Curiam, Auditor uel alius
cui committitur dicitur iudex delega-
tus. Et possunt tunc parti competere
aliæ exceptiones contra delegatum p̄
cedentem in causa grauaminis, & aliæ
contra eundem procedentem in causa
principali, Ideo bis seruatur in diuersis
causis. In consistorijs autem principum

Saxo-

In caus. pphā secūn. instan. Rub. 36.

Saxoniae et foro seculari, uel coram eorum Commisarijs proceditur simul citando partes ad impugnandum & iustificandum appellationem, Primo in formalibus, deinde in materialibus.

3. Formalia respiciunt appellationem, an sit debito tempore appellatum, uel debito tempore petiti apostoli, & alia de quibus supra in termino ad dicendum contra appellationem, hæc enim respiciunt formam appellationis quibus omisis ruit appellatio. Materialia uero appellationis respiciunt sententiam et grauamina ex quibus est appellatum. Appellans enim impugnat sententiam a qua appellauit, dicens quod sit iniusta & iniqua, grauans eum contra ius, propterea petat pnumciari bene appellatum & male processum. Appellatus autem iustificat sententiam Iudicis a quo. Et sic iudex secularis in effectu seruat terminum ad dicendum contra appellationem et terminum ad
- 4.

X 2 impug-

Pars Tertia
impugnandum & iustificandum quo
ad materialia.

PROCES
SVS IN CAVSA APPELLA-
TIONIS IN TERTIA
INSTANTIA.

Rub. 37.

- I. Succubens in duplice appellatione
non potest tertio appellare, super eius
dem articulis.



Oc breuiter scire debetis quod si iterum & secundo fuerit appellatum in eadem causa, in qua primo appellatum sit, tunc seruabuntur omnes termini

Proces,in tertia instan.app. Rub. 38.

termini ad primam, preter ad libellandum, qui est ad secundam, secundum pract. Moder. & extra Curiam ad octauam. Tertio autem appellare non possumus, quia iura non presumunt, quod quis tocies grauetur, in una eademq; causa C. ne liceat in una eademq; causa in Rub. & nigro, & ij. q. vi. § post secundam prouocationem & § si quis in quacunq; lite iuncta glos. qui § sunt sumpti ex de Rub. & Nig.

PROCES SVS IN CAVSA DESERTIO- NVM APPELLA- TIONIS.

Rub. 38.

Fatalia quando incipiunt currere,

X 3 Iudex

Pars Tertia

2. Iudex a quo appellatione deserta potest suam sententiam absq; alia citatio ne exequi.
3. Appellans, si post executionem sententiæ iudicis a quo, in secundo anno uelit docere de suo impedimento, an debeat audiri.
4. Lapsus temporis prosequendæ appellationis, inducit desertionem appelle lationis ipso iure, adeo quod non sit opus iudicem declarare appellationem esse desertam.
5. Verbum, mox, in L, positum quid importet.
6. Termini, ipso iure, uel eo ipso, quid in iure importent.
7. Practica cum sit diuersa circa sententiam declaratoriam post appellationem desertam, quæ pocius seruanda sit.

Circa

Proces,in cau,deser,ap. Rub.38.



I R C A hunc pas-
sum scire debetis,
quod fatalia, id est
tempus appellationis
prosequende, a die in-
terpositæ appellatio-
nis currere incipiunt,

tex, est in cle. Sicut de appella, quæ cle,
omne dñibñm, de quo dic. glo. in L. fi.

2. C.de temp. appel. tollit. Nunc si appel-
lans infra annum non est ,psecutus ap-
pellationem suam, neq; protestatus fu-
erit de suo impedimento coram iudice
a q, ne ad ulteriora in causa pcederet, et
si contrafaceret, ptestetur de grauami-
ne, Iudex potest statim post lapsum an-
ni exequi sententiam suam absq; alia ci-
tatione, auct. Ei qui C.de tēp. ap. d. cle.
Sicut c, cū sit c, ex ratione et ibi p Innoc.

3. p⁹ princ. de ap. Verum tñ est secundum
Inno, et Bal. in d.c. ex ratione. Q₂ si post
executionem sententiæ iudicis a quo,
appellans docuerit de suo impedimento

X 4 quod

Pars Tertia

- quod talis executio debeat retractari.
Licet enim secundus annus a L. conces-
datur, tamen non sine iusta causa, sed
propter legittimum impedimentum, d.
aucten. ei qui d.c.cum sit,d. c.ex ratio-
4. ne cum similib. Quare Lapsus anni in-
ducit desertionem appellationis, & ius-
dex potest statim exequi suam senten-
tiam, nisi docetur de legitimo impedi-
mento. Nec est opus Citari appellan-
tem ad executionem sententiae post ap-
pellationem desertam, nec est opus sen-
tentia declaratoria super desertione ap-
pellationis secund. Inno. & Bal. in d. c.
ex ratione, haec est communior practi-
ca, quae habet tex. pro se in L. quoniam
nonnulli in si. C. de appella. ibi moxq;
5. debitum exigatur. Mox, id est, statim
lapso tempore appellationis prosequen-
dæ, sententia executioni mandetur, scis-
licet absq; alia sententia declaratoria de-
sertionis. Hoc enim uerbum mox in
tex. in d. L. quoniam positum impor-
tat

tat penam latæ sententiæ non ferendæ,
6. sicut hoc uerbum eo ipso,uel ipso iure
ut per glos. in auct. de incest, nup. in
princ,in yb.imminere col.ij,in c.cupiē-
tes §. Ceterum in yb. suspensos de E-
lect,in vj. Et sic lapsis fatalibus, appel-
lans potest adire iudicem a quo & pe-
tere quod sententiam suam mandat ex-
ecutioni, probatur per tex. & pulch.
aug,in L.si contra C. de ap. Ergo non
est necesse quod super desertione pro-
nunciatur cū eo ipso per lapsum fatale,
appellatio sit deserta p Bal,in d.auct, ei
qui. Et idem Bal,in L.eos.C.de appell.
dic. q̄ sit utile pronunciare appellatio-
nem desertam & ita non est necessari-
um. Et hæc est melior practica & ue-
rior. Alij tamen seruant aliam practi-
cam, Faciunt post lapsum fatale per iu-
dicem a quo,citari appellantem primo,
secundo,tertio,semper ad primam , ad
docendum de prosecutione appellatio-
nis,uel ad allegandum causas iusti im-

Pars Tertia

pedimenti alioquin ad uidendum sententiam executioni demandari. Sed hic processus querit Circuitum & non est cautus. Nam a sententia super desertione appellationis lata, siue sit interlocutoria siue diffinitiva ut alij uolunt, de quo no. in d. c. ex ratione potest tam ab ea appellari, ut plene per Phide per in d.c. ex ratione. Et ita incaute facit appellatus inherens secundæ practicæ, faciens super desertione pronunciare, a q. appellans potest iterum appellare & ita causam ad campos Elyzeos deducere.

DE INHIBITIONE CONCEDENDA.

Rub. 39.

Iudex

1. Iudex ad quem, quando debeat inhibere iudicis a quo ne procedat, uel ne aliquid noui attentet.

2. Quo ad inhibitionem iudicis ad quem, est differentia inter diffinituam & interlocutoriam.



Epe iudices ad quē intempestiue inhibent iudicibus a quo ideo aliqua breuia in materia inhibitionis videbimus. Sed pro discussienda hac materia ut scire potestis

2. quando iudex appellationis inhibere debeat uel non. Distinguendum est inter diffinituam & interlocutoriam. Et si sumus in causa appellationis ab interlocutoria, tunc iudex ad quem non inhibeat, nisi tento termino ad dicendū contra commissionem. Ratio est quia primo

Pars Tertia

primo certus esse debet an sit iudex, &
sic de sua iurisdictione constare c. super
litteris de Resc. ad fi. c. Romana § si
uero uocatis et ibi bona glo. in vbi pres-
sumant de appell. in vj. Secundo oportet
seruari term. ad dicendum contra
appellationem (de quo termino supra
diximus) anteque inhibeat, quia constare
debet iudici quod sit legittime appellat-
um. Hoc est ex talibus causis, quod si
ueræ essent, appellans fuisset grauatus
& potuerit appellare d. c. Romanam §
cum autem ad præfatam & ibi glo. su-
per vbi expressa. Sufficit autem ad fun-
dandam iurisdictionem iudicis ad quē,
quo ad inhibendum, quod causa expre-
sa in appellatione probabilis declare-
tur, hoc est talis si uera esset grauaret
partem, secundum pet. de ancho. in d. c.
Romana § quod si obiciatur. Et hæc
expediuntur in termino ad dicendum
contra appellationem. Postque nunc se-
uati sunt termini ad dicendum contra
com-

commissionem, item contra appellatio-
nem, quo ad formalia, Pars autem ap-
pellata neget grauamina in appellatio-
ne contenta. Rursus appellans petat se
admitti ad probandum ueritatem gra-
uaminis, tunc iudex ad quem, inhibere
potest ne quicquam attentet ante exa-
minationem causæ grauaminiis, d. § q
si obiectatur & ibi pet. de ancho. & per
glo. in c. non ita ij. q. vj. & hæc de inter-
locutoria sententia. Si uero fuerit ap-
pellatum a diffinitiuia uel ab interlocus-
toria, habente uim diffinitiuæ, tunc iu-
dex ad quem potest statim post Citati-
onem inhibere. Citatio enim debet
præcedere ut inducatur litispendentia
coram iudice ad quem. Et sic lite ibi
pendente per Citationem, non licet iu-
dici a quo, neq; parti appellatae in præ-
iudicium litispendentiæ coram superio-
re in causa attentare c. ut debitus de
appella & ibi per Doct. d. c. Romana §
si autem post sententiam & c. non so-
lum

Pars Tertia

Ium de appell. in vj. Sic seruatur in praetica coram doctis iudicibus, quamuis Rudes non distinguunt sit appellatum ab interlocutoria, uel a diffinitiuā semper statim inhibent, & male,

D E P R O
CESSV IN MATERIA AR-
RESTORVM SEV
SAXIMENTO-
RVM.

Rub. 40.

1. Saximenta omni iure tam ciuili quam canonico sunt regulariter prohibita.
2. Ratio quare Saximenta de iure sint prohibita.
3. Saximenta in quibus casibus sint de iure permissa. Praet.

- ¶ Practica in materia Saximento-
rum.
§. Terminus ad dicendum contra ar-
restum secundum ius Saxonum.



RO declaratione
huius materie est sci-
19. Plus dicendum est circa Canonem Reintegranda quod etiam competit contra possessorem ignorantem, & sic in bona fide existente, cum tamen possessio peruenit cum uicio, id est, quod possessio erat uiolentia uel aliter uiciosa ex facto primi occupatoris hoc tenet Innocen, in d. c. sepe circa fi, & ceteri doct. sequin. unde hoc casu procedit libellus in isto Canone, etiam si non fiat mentio, quod iste possessor fuerit

20. sciens. ¶ Est tamen sciendum secundum Io, and, in d. c. sepe, quod ad hoc ut procedat Iudicium in isto CANONE reintegranda, exigitur quod in libello exprimatur species uicii possessionis & deinde probetur, puta quod dicat quod fuit spoliatus possessione, uel fuit subtracta per furtum, uel quod coactus fuit per vim, uel per metum illam alienare, uel quod perdiderit rem

De caus. pos. & proprie.

21. rem ex alia causa iniusta. Nec sufficit probare quod semel possederit istam rem, & quod nunc possidetur per alium, nisi doceatur de spoliatione, uel de alia specie amissionis ex iniusta causa ut supra. Et cum fuisset hæc quæstio de facto in Ciuitate Cremona, non fuit hæc materia per illos docto, bene intellecta neq; bene practicata. Dicit Spec. in tit. de restitu. spo. in quarta parte vñl. iiii. quod ubi intentatur conon reintegranda, necesse est probare possessionem agentis & spoliationem, intelligite quando allegatur spoliatio, si autem allegaretur alia species amissionis, tunc deberet probari illa causa, puta furtum, uel uiolentia compulsiua etc. Ita reperio in materia ista fuisse consultum per plures doct. scilicet per D. Galphar. de per. per d. Flo. de sal. de placen. & per d. Io. de dalan. de senis, & per do. Io. de Lau. de se, & d. Bar. pla.

Repetitio Rub.

pla, de se, & per d. Nicol. Succi, de se.
excellentis. doct. Collegij Senensis,

22. ¶ Hæc omnia Remedia possessorij res
cuperandæ procedunt, nisi prescriptio
allegetur & probetur, nam si quis pos
sessionem uiolentam uel aliter uicio
sam tenuerit per xxx. annos ad minus
prescribit de iure Ciuit. L. sicut C. de
prescr. xxx. anno. & idem de iure ca
no, nisi possessor fuerit in mala fide ut
in c. Malefidei possessor de reg. iu. in vj.
& in c. fi. de prescriptio. ¶ Sed quod
uulgo legitur, Et Regula satis uulga
ta habetur, quæ talis est spoliatus ante
omnia debet restitui c. j. & c. ex con
quæstione de restit. spol. & in c. cum di
lectus & c. fi. de ord. cog. & ij. q. n. per
tot. & in L. si quis ad se fundum C. ad
L. Iuliam de ui pub. oportet ut expo
namus istam regulam, dum dicit spolia
tum exaudiendum, siue spoliatus fue
rit malefidei possessor, siue fuerit predo
ut in d. c. j. cum concord. alleg. ibi in
glos. Et dum subiicitur ante omnia di

De caus. pos. & propriet.

- 24 uersimode necesse est exponi, Considerandum est enim quod intento possessorio recuperandæ, Reus interdum utitur Reconuentione, quæ reconuentio non potest habere locum ut in c. si. de ord. cog. tunc exponitur ante omnia restituendus est, id est anteçꝫ audiatur reus super reconuentione, Vbi tamen reus reconuenerit actorem super alia spoliatione, tunc bene admitteretur reconuentio, & simul tractaretur in eodem iudicio tançꝫ mutuae petitiones ut
- 25 in d.c. cum dilectus. Interdum reus opponit compensationem, & tunc illa non admittitur, cum habeatur instar actionis ut in c. cum inter de excep. Et tunc debet exponi ante omnia, id est, anteçꝫ audiatur Reus super eo quod petitur per compensationem. Interdum reus agèti possessorio recuperandæ opponit exceptionem dominij, quia dicit se esse dominum rei, & clarum est talem exceptionem admitti non debere nisi
- 26

Repetitio Rub.

- nisi ut infra dicam glos. est, in c. j. de restit. spoli. & tenent omnes Canonistæ & etiam legistæ in d. L. si quis ad se fundum, Nec habet locum illa except. secundum omnes, etiam si opponens offerret se incontinenti probatum de dominio. Et tunc exponitur ante omnia, id est, ante contentionem fidem super dominio, hæc proba. in tex. d. decret. j. de restit. spolia. ibi ante contentionem etc. Exceptio autem defec-
tus iurisdictionis in personam iudicis
27. potest opponi sicut in alijs iudicijs. Et exceptio excommunicationis contra partem agentem, hæc fuit doctrina Ang. in d. L. si quis ad se fundum.
¶ Aduertite quod ista Regula ita generalis, Spoliatus ante omnia debet restitui, patitur plures limitationes singulares. ¶ Prima limitatio sit ista, ubi cumque opponitur exceptio dominij contra agentem possessorio recuperandæ, con-
sentient-

De caus. pos. & proprie.

sentiente actore, si probetur de domi-
nio, spoliatus non est restituendus, ca-
sus est in c. j. de resti. spolia. Sit ergo
cautus agens, ut quando uiderit, excep-
tionem dominij opponi, replicet
tu non potes opponere exceptio-
nem dominij, quia ego debeo per
prius ad istam possessionem restitui.

30 ¶ Secunda limitatio, ubi opponitur
per reum exceptio Notoria defectus
ius agentis, spoliatus non est restituendus,
ueluti si Clericus spoliaasset Lay-
cum possessione alicuius beneficij,
cum Notorium sit Laycum non pos-
se obtainere beneficium. Si nunc
fuerit conuentus clericus per Laycum
possessorio Recuperandæ, & cler-
icus obijciat, licet spoliauerim te, tu
tamen non potes obtainere, quia tu
es incapax beneficij cum sis Lay-
cus. Spoliatus hoc casu non de-
bebit restitui ad possessionem. Ista
fir.

Repeticio Rub.

su. Nota. Innocen. qui semper allegatur
in c. cōstitut⁹ supra de filijs presb. et Io.
And. in Rub. de resti. spolia. in add. ad.
Spec. Et istud eis intelligendum in be-
neficialibus etiam si exceptio opposita
non fundaret ius excipientis. In alijs
autem causis temporalibus ad hoc ut
exceptio Notoria ut supra etc. excludat
agentem possessorio recuperandæ.
Necesse est quod talis exceptio fundet
ius excipientis glos. est singularis in c.
ad decimas in yb. eundem clericum de-
restit. spolia. li. vj. ita concor. notab.
Anto. de But. in c. in litteris supra de re-
stit. spolia. dictum Inno. et Io. and. cum
d glos. ne uideantur ad inuicem aduer-
sari. & sequi. etiam d. Io. de Imo. Quod
autem dicitur de exceptione Notoria
quod repellit agentem possessorio re-
cuperandæ. est intelligendum quando
ista exceptio potest incontinenti pro-
bari. aliter non habet locum secun-
dum Inno. in c. litteris de restit. spolia.
31. & se-

De caus. pos. & proprie.

& sequi. do Ant. de But. in c. significasti de diuor. Et pro ista secunda limitatione allegat Ange. tex. quem non uidi ab aliquo Canonista allegari in c. accepta secund. respon. de rest. spo. & bene probat. Intelligite Notoriam esse exceptionem secundum Doct. siue sit Notoria per confessionem actoris, siue per euidentiam facti, siue per aliam speciem notorietatis & sufficit secundum d. Ant. de But. in d.c. significasti esse notorium iudici tantum, uel alijs personis tantum & non iudici. ¶ Attendite q̄ est unus tex. qui uidetur destruere totam istam Materiam in c. cum dilectus de ord. cog. ubi pars confitebatur dominum partis conuentæ possessorio recuperandæ, & sic est Notorium agendum non habere ius, & tamen ibi talis confessio nihil operatur, Inno. formauit istud contrarium & non soluit, Ange. dedit unam solutiōem quæ nihil ualeat, Ideo dicendum est melius ut etiam uoluit do.

Repeticio Rub.

Iuit do. Io de Imo. in d.c. cum dilectus,
quod ibi pars non confitebatur aliquid
sed dixit tex. q̄ non negabat, unde ista
stant simul, q̄ aliquis taceat et sic non ne-
gat, neq; affirmat, & est quoddam me-
dium inter affirmare & negare, ut in
reg.iu.is qui tacet de reg.iu.lib.vj. Re-
perio alium tex. contrariū huic deter-
minationi in c. significasti prealleg. &
in c. porro de diuor. ubi dicitur, q̄ si qs
dimisit uxorem sine iudicio Ecclesiæ, li-
cet Notorium sit inter eos esse parente-
lam, tamen si mulier petat se restituī ad
possessio. est restituenda, & tñ erat no-
torium ipsum non habere ius, & sic con-
tradic̄t predicta doct.d. Ant. de But. in
d.c. porro dicit, hic est casus expressus,
q̄ agenti possessorio recuperandæ non
pt opponi exceptio Notorij defectus
iuris proprietatis cōtra oēs doct. nec ali-
ter soluit, et est forte contrarium, q̄re d.
Bar. de salice. in L. si quis ad se fundum
prealleg. distinguit. Aut ista exceptio
erat Notoria tpe spolia. et tunc erat no-

De caus. pos. & proprie.

ra et nō potest opponi, ut in d. c. porro.
Aut talis excep. Notoria est orta, post
spoliationem factam, ipsi spoliato, &
tunc talis exceptio habet obstare, ut in
c. significasti de diuor. ista est bona so-
lutio quantum ad soluendum contrari-
etatem illarum duarum decretalium,
porro, et significasti. Sed contra suam
solutionem est textus in d. c. excepta
ubi textus loquitur indistincte nec ibi
apparet abiurationem Ecclesiae fuisse
post spoliationem, et tamen denegatur
restitutione, unde ille tex. est simpliciter
intelligendus ut facit. Item contra d.
Bar. facit ratio, quam ponunt doc. maxi-
me in bñficialib. que ita uendicat sibi lo-
cum, quando exceptio est nata ante spo-
liationem sicut si post. Ego autem puto
procedere predictam doctri. sine scru-
pulo, Nec habet obstare c. porro si
subtiliter intelligatur, nihil enim facit
ad propositum, quam rem sic declaro.
Nam ibi Comes Pontini uxorem suā

Repeticio Rub.

dimiserat absq; iudicio Ecclesiæ, ista mulier intentauit possessorium recuperandæ, petens se restituī, ut reciperetur in domum per suum maritum. Comes Pötini opposuit excep. quod ideo eam dimisit, quia ista mulier fuerit cognata alterius uxoris suæ defunctæ, papa dicit Maritum compellendum recipere uxorem, nec ibi apparet quod ista exceptio opposita contra restitutionem fuerit Notoria, quod autem subiicitur in tex. ibi, prudentia tua cognoscat q; etiam si parentela esset publica & Notoria absq; iudicio Ecclesiæ ab ea non potuit separari etc. Ista uerba non concernunt exceptionem opponentis, nec referuntur ad restitutionem sed sunt uerba papæ uolentis, quod mulier non possit propria autoritatæ dimitti absq; iudicio ecclesiæ, etiam si parentela esset publica & Notoria. Vnde ista stant simul, quod uir non possit dimittere uxorem suam absq; iudicio Ecclesiæ,

Repeticio Rub.

clesiæ, & quod postea, si ipsa fuerit dimissa, non teneatur tamen ipsam recipere, si est aliqua exceptio Notoria impeditiva, & iste est casus decisus in decretal. sequen. ubi papa expresse determinat, quod licet Maritus propria autoritate dimiserat uxorem suam, si postquam fuerit dimissa, committat adulterium, illam recipere non tenetur, licet maritus non benefecerit quod eam dimiserit sine iudicio Ecclesiæ, ut in d. c. significasti, Ex quib. omnibus habetis dilucidatum intellectum, illarum duarum decreta, porro & significasti. Et sic debet ad d. c. porro respondere, quod ibi excep. oppo. contra petentem restitutionem, non erat Notoria, nimirum si admittatur restitutio, & ista est ueritas, in c. autem significasti, Excep. erat notoria, ideo impeditur restitutio, quæ exceptio orta fuit post spolationem. Ex quib. uolo ampliare dictum Inno. & sequentium hoc modo. Excep. Notoria

c 3 exclus

Repetitio Rub.

- excludens ius agentis, siue sit orta ante spoliationem, siue sit nata post spoliatio-
nem, impedit possessionis restitutio-
nem, Et sic non habet locum regula spo-
liat⁹ ante oīa debet restitui, prima pars
probatur in d. c. excepta, secunda pars
34. proba, in c. significasti prealleg. ¶ Tertia
limitatio ubi per exceptionem infertur
piudicium animę spolia, non restituitur
exemplū, ut si vir petat sibi debere uxo-
rem restitui, mulier opponit parentelā,
certe si fieret rest. q ad copulā carnalē es-
set periculū animę, q̄a in gradu prohibito,
hec limitatio probatur in c. literas de rest.
spolia, Non tñ obstante tali excep. fiet
restitutio q ad cetera obseqa, et ita intel-
ligūt tex. in c. porro secundū glo. ibidē
ne uideatur ad inuicem aduersari illæ
35. due decre. ¶ Quarta limitatio, si contra
petentem restitu. possessionis opponat
de spontanea traditione, q̄a spoliator di-
cit ego non spoliaui te, sed tu tradidisti
mihi sponte, nō fit restitutio secundum
36. Inno. in c. super hoc de renunc. ¶ At-

De caus. pos. & proprie.

tendite singulariter ad unū, q̄ si testes
pducant hincinde, plus credit̄ duob. de
spoliatione deponentib. q̄ centum de
spontanea traditione deponentib. secū-
dum Inno. in d.c.sup hoc, q̄ dictum ual
de extollit dictum Ānge. in d.L, si quis
ad se fundum, et est ratio, quia spoliatio
facilius cadit in sensum testis, q̄ sponta-
nea tradito, libera uoluntas non p̄t ui-
deri, spoliatio sic quia patet ad oculum.

37 ¶ Quinta limitatio ubi cōtra petentem
resti, opponitur de renunc. iuris agendi
sup spoli. et si illa exceptio pbatur resti-
tutio deneganda est ut in l. postq̄ liti C

38 de pact. ¶ Sexta limitatio ubi spoliator
dicit se spoliasse de litentia iudicis et hoc
pbat, spoliatus non restituitur secundū
Inno. qui ita not. singu. in d.c.super hoc
& seq. Ang. in d.L. si quis ad se fundū.

¶ Septima limitatio, ubi contra spoliatū
bñficio, pducitur reseruatio papalis, de-
negatur restitutio ita con. do. de rot. con
cl. xvij. in no. Ex q̄ sequitur q̄ iferior or-
dinari⁹ cōferēdo bñficiū reseruatū pa

Repetitio Rub.

- pæ, non transfert neq; titulum neq; pos-
sessionem, ad hæc fac. not. per doct. in c.
ut nostrum de app. & in c. si eo tempo-
40. re de elect. li. vj. ¶ Octaua limitatio,
ubicunq; spoliatus in libello suo spolia-
torio proponit quod est contra se, &
concludit pro iure conuenti , talis spo-
liatus non est restituendus , iste est tex.
singula. in c. ad decimas de restit. spo-
in vj. secundum do. Bar. de Sali. cuius
fuit hæc limitatio in d. L. si quis ad se
fundum, qui dixit quod per illam de-
cretal. ad decimas, limitantur, omnia
iura Canonistarum , quæ uolunt spo-
41. liatum debere restitui. ¶ Nona limi-
tatio , ubicunq; intentatur simul pe-
titiorum & possessorium, etiam proba-
ta spoliatione, non fit restitutio, iste est
tex. ad litteram in c. cum dilectus de
42. caus. poss. & proprie. ¶ Decima limi-
tatio ubicunq;, si spoliato restitueretur
possessio, afferretur actori facultas
agendi de proprietate propter potentia-
am ad.

De caus. pos. & proprie.

am aduersarij, tunc spoliatus non est restituendus secundum d. Paul. de cast. in L. quamvis C. de Edict. diuii adr. tol. in fi. ¶ Vnde cima limitatio, in causa beneficiali, si spoliatio facta est lite pendente, sitq; Notorium spoliatum nullum habere ius, spoliatus non restituuntur secundum do. de Rot. conclus. xiiij. in no. Ratio huius limitationis quia in iudicijis quis non auditur, nisi sua intersit ut in c. cū inter canonicos de elect. & 44 c. super his de accus. cum similib. ¶ Circa necessaria ad probationem possessorij recuperandæ habemus glos. not. in c. addecimas de restitu. spol. in vi. Exigitur ergo dumtaxat probatio possessonis & spoliationis, hoc est quod agens probet se spoliatum, & quod possidebat tempore spoliationis, pro quo facit tex. in c. olim j. de rest. spolia. Et cum hac doctrina omnes transeunt, Ex his sequitur quod in isto possessere non exigitur Titulus, & est generale in quo

Repeticio Rub.

Ilibet posses secundum Ange, in L. j. in
princ. ff. de eden. Ex hoc sequitur corro
larium, Quod ubi agitur possessorio re
cuperandæ uel etiam retinendæ, quis
non cogitur dicere titulum suæ posses.
pono rem in practicam, spoliator cons
uentus opponit cōtra spoliatum peten
tem restitutiōem dicens, dñe iudex, iste
spoliatus nullum habet instrumentum
de ista re, nec potest respondere, inter
rogetis eum quo titulo possidet istam
rem, certe iudex non debet facere istam
interrogationem, & si fecerit, spoliatus
non teneretur respondere, in possesso
ne retinendæ, dicite ut dicam infra in
suo loco. ¶ Hæc materia patitur unam
singularem limitationem, uidelicet ubi
quis est spoliatus beneficio, nam ad
hoc ut quis posset restituī ad suum be
neficiū, debet probari titulus colora
tus beneficij, glos. est singularis in cle.
unica de caus. pos. & proprie. in glo. fi.
quod

De caus. pos. & proprie.

quod tenet Inno. in c. ex parte de resti.
spo. & Archid. in c. eum qui, de eo qui
mit. in pos. caus. reiser. li. vj. & not. do.
de Rot. conclus. xiiij. in no. idem Io. cal.
idem Io. de Imo. qui dicunt hanc esse
communem opinio. tenuit & d. Flo. in
d. cle. uni. fuit etiam sententia Speculat.
in tit. de teste § nunc dicendum uers.
sed pone in beneficialib. cuius limitati
onis ratio probat. in d. c. eum qui, & in
c. j. de reg. iu. in vj. cum similib. Hæc
tamen limitatio moderanda est, ut not.
concludunt do. de Rot. in d. conclus.
xiiij. Quando spoliatio beneficij facta
fuerit ante litem conceptam, Spoliatio
ne autem interueniente lite pendente,
tunc non exigitur probatio tituli, sed
satis est etiam probare spoliationem &
posse. & talis reuocatio fiet ex me
ro officio iudicis per viam attentati,
nullo ordine iuris seruato secundum
prefa. domi. de Rot. & sic non erit
necessarius libellus, neq; litis conte
statio

Repeticio Rub.

statio et cetera. Ratio huius Moderationis est, quia priori casu sola pars spoliata est offensa. Posteriore autem casu etiam iudicium, quinimo, & lex est offensa quae iubet lite pendente nihil debere innouari in toto titulo. Ut licet penitentia. Ideo, in personam spoliatoris hoc statuitur, ut sufficiat spoliatum probare possessionem, et spoliationem absque titulo colorato beneficij. Haec dixisse sufficient pro fundamento possessorij recuperandae.

1. Narratio libelli in Interdicto uti possidetis, debet duo complectere.
2. Quando agitur pro turbata possessione quot petantur in conclusione libelli.
3. Forma libelli in possessorio retinenda.
4. In interdicto retinendae, possessio & turbatio sunt probanda.
5. Probans se fructus recipisse ex fundo possessionem probauit.

Pro

De caus. pos. & proprie.

6. Probans se arasse uel seminasse, probauit possessionem.
7. Probans se recepisse pensionem, probauit possessionem in præiudicium soluentis, & eciam in præiudicium aliorum, nisi aliis possideat.
8. Possessio per solam locationem non probatur.
9. Si alienans rem quam possidet constituit se possidere, nomine alterius possessio trasfertur.
10. Clausula in instrumento quod uenitor constituit se possidere nomine emptoris, quid operatur.
11. Verba quæ quotidianè in instrumentis ponuntur uidelicet Ticius dedit, uenidit, tradidit Seio talem fundum, quid importent.
12. Per conductionem ficte transfertur possessio conductoris.
13. Tres modi per quos possessio, artificio iuris & sic ficte transfertur.
14. Possessione per fictionem iuris trans-

Repeticio Rub.

translata, an pars etiam teneatur ad iuram traditionem possessionis.

15. Quæ requirantur, ut per constitutum, confessionem, uel conductionem transferatur possessio.
16. Per solutionem Tributi Estimi aut Cadastrī, neq; possessio neq; dominium probatur.
17. Declaratio requisiti, Quod actor in possessorio retinendæ tempore litis contest. possidere debeat.
18. Interdictum uti possidetis, datur contra turbantem, licet non contendat se possidere.
19. Possessorium retinendæ quando competat contra diffamatorem.
20. Si aliquis non facit controuersiam possessionis, sed dicit se uti iure seruitutis, an detur contra eum interdictum possessorium retinendæ.
21. Usufructuarius, quando intentat possessorium retinendæ contra dominum pro

De caus. pos. & proprie.

proprietarium, debet narrare se turbari
in quasi possessione usufructus, nam si
diceret se turbari in possessione fundi
succumberet.

22 In incorporalib. quasi possessio nil
aliud est q̄ patientia domini.

23 Quando usufructuarius intentat
posses. retinendæ, non contra propri-
tarium sed contra tertium, tunc debet
narrare quod turbatur in possessione
fundi, quem possideat naturaliter non
autem narret se turbari in quasi posses.
usufructus.

24 Possessorum retinendæ habet con-
trariam naturam petitorij scilicet rei
uend.

25 No. Quando utraq; pars asserit se
possidere, & neuter uult dare libellum,
ne per hoc constituantur actor, quid iu-
dex facere debeat.

Si utraq;

Repetitio Rub.

26. Si utraq pars in possessorio retinen-
dæ probauerit de possessione sua , quis
præferatur & obtinere debeat.
27. Licet in posses. recupe, non admit-
tatur excep. domi.tamen in posses. reti-
nen.admittitur.Nam casu quo utraq
pars probauerit de possessi. illa obtine-
bit quæ dominium probauerit.
28. Qui possidet, ui, clam , uel precario
ab aduersario,in posses. retinen. obti-
nere non potest,secus si a tertia perso-
na.
29. Spoliatus potest impune turbare
spoliatorem in possessione Fundi quo
est spoliatus etiam ex interuallo.



Vnc est ranseundem
ad quædam fun-
damenta possessorij
retinendæ, Et primo
circa libellum, Pro
quorum introducti-
one subijcio has con-
clusio-

De caus. pos. & proprietate

- clusiones. Prima conclusio sit ista, In possessorio retinendę quod nominatur
1. uti possidetis. In narratione libelli duo sunt necessaria, primum quod quis narrat se possidere. Secundum qd narrat se turbari, in ista possessione, hanc conclusionem firmat Bar. in L.j. §. interdictum ff. uti pos. Secunda conclusio, in isto interdicto seu possessorio retinendæ, conclusio libelli debet tria contineare, scilicet quod desistat a turbatione. Item quod in futurum non turbet. Ter tio quod condemnatur ad interessem turbationis preteritæ. Quartum addunt ultramontani, quod cogatur cauere cum fideiussoribus de non molestando in futurum, & est uera sententia ultramontanorum quæ probatur in L. unica. C. uti possidetis, & placet, Bar. etiam
 3. ubi supra. Forma igitur libelli erit talis, coram uobis domino potestate etc. Comparet petrus de talibus, exponens quod Seius ipsum turbat in possessione talis

d

ne talis

Repeticio Rub.

ne talis fundi, quem ipse petrus de pre-
senti possidet, quare petit per uestram
sententiam diffinitiuam condemnari
debere dictum Seium ad desistendum
a dicta turbatione. Item quod in futu-
rum amplius non turbet. Item q̄ eum
condemnetis ad satisfandum quod nō
turbabit in tempus futurum. Item quod
eum condemnetis ad omne interesse
dicti petri, quod pretendit ratione tur-
bationis preteritæ. Hanc formam po-
nit Bar. licet non ita clare in d. § in-
terdictum. Sit ergo cautus qui uult
aliquem accusare de turbata possessio-
ne ut sciat concipere libellum, nam
alias de facili processus posset corrui.

4. ¶ Nunc qualiter probantur contenta
in libello, scilicet contenta in narratio-
ne, quæ necessario debent probari, Ut
actor obtineat, uidebimus, sed quan-
tum ad probationem turbationis non
est insistendum. Nam istud con-
stat ex his, quæ dixi in evidentiali-
bus,

De causis, pos. & proprie.

bis, ubi dixi quando quis dicatur turbari in possessione, & dedi uobis unam pulchram regulam, uidete ibi, & istud sufficit quo ad turbationem, Stat modo difficultas non modica in modo probandi possessionem. In hoc sunt duo consideranda, Primum modi per quos probetur possessio. Secundum cuius temporis debeat probari possessio. Ratione primi subiunctione has conclusiones. Prima conclusio, Si probatur aliquem recepisse fructus ex fundo probata est possessio, ut in l. Pomponius ff. quibus modo usu amittit, cum similibus. ¶ Secunda conclusio, Vbi quis probat se arafse uel seminasse, uel alio modo agrum coluisse, probata est possessio glo. est singularis, in l. iij. C. finium regum, & ibi no. Bald. ¶ Tertia conclusio si probetur quem recepisse pensione, ppter afflictum fundi uel domus, probata est pos. in iuridicū soluentis, et etiā

Repeticio Rub.

- in preiudicium terciij, nisi probetur ali-
um fructus collegisse, ut no. Ange. in l.
quædam mulier, ff. de rei uen. & Bar.
in l. quamvis § si conductor, ff. de ac-
qui. pos. & Canonist. tradunt in c. inter
8. dilectos de si. instru. Sola autem loca-
tio non inducit probationem possessio-
nis, ut probatur in d. c. inter dilectos.
9. Quarta conclusio. Vbi uerus possessor
constituit se possidere nomine alterius
puto Ticij, transfertur possessio ficte in
Ticum tex. est in l. quod meo. in prin.
10. ff. de acqui. pos. Et nunc intelligitis om-
nia instrumenta maxime uenditionum
in quibus apponitur illa clausula, quod
quidem uendor constituit se nomine
Ticij emptoris possidere predictum
fundum, nam per ista uerba probatur
quod possessio est translata in empto-
rem. Per illa autem uerba quæ quoti-
die ponuntur in instrumentis uenditi-
onum, uidelicet Ticius dedit uendidit,
& tradidit Seio talem fundum etc. non
probatur

De caus. pos. & proprié.

- probatur aliqua translatio possessionis
sed illa uerba dumtaxat important
q uidetur data licentia per uendito-
rem emptori capiendo possessionem
propria autoritate, iste est tex. fin. in l.
predia. ff. de acqui. pos. & tenet ibi om-
nes doc. ¶ Quinta conclusio, Si uen-
ditor simpliciter confitetur se emptoris
nomine possidere, translatia est ficte pos-
sessio in emptorem, & sic probatur pos-
sessio per ista uerba. Glo. est singularis,
ab omnibus approbata, in l. ab emptio-
ne in principio ff. de pactis. ¶ Sexta con-
clusio, ubi uerus possessor conductit fun-
dum a tercio, puta a Ticio, translatia est
ficte possessio in Ticium, & sic iste eti-
am est modus probandi possessionem,
tex. est in l. q meo in prin. ff. de acqui.
pos. & in l. quedam mulier ff. de rei uen-
di. ¶ Et sic habetis tres modos per
quos trāsfertur possessio ficte, id est ex
artificio iuris cūivilis, scilicet per consti-
tutionem p conductionem et per cōfessi-
onem

Repetitio Rub.

14. nem, ut supra probatum est. ¶ Aduers
te ad duo singularia, q̄ licet post istos
modos ficte transferatur possessio tñ
transferens possessionem ficte uno ex
predictis tribus modis non liberatur a
uera traditione, imo nō obstante dicta
traditione ficta, poterit compelli tradex
re poss. realiter et manualiter glo. est
15. sing. in l. ab emptione in l. prealle. ¶ Se
cundum q̄ est considerandum in hac
materia, quod ad hoc ut per constitutu
tionem uel per confessionem uel p̄ con
ductionem, trāsferatur possessio et trās
lata esse intelligatur, Exigitur, quod ille
constituens, confitens uel conducens
possideat tempore q̄ constituit se possi
dere, et idem dico in alijs modis de qb.
supra glo. est sing. approbata per oēs in
l. quāuis § si conductor ff. de acq. pos.
Erit ergo practica talis qñdo quis uult
probare pos. per instrumentum in q̄ est
constitutū, necesse est quod faciat unū
capitulum, & illud probet, q̄ talis qui
constituit se possidere nomine talis etc.

De caus. pos. & proprie:

tempore constituti possidebat dictum fundum, et idem dico in alijs specieb, fiscē traditionis, qd dictum est de consti tuto simplici, Idem dicite de eo qui con stituit se p̄cario nomine posside, ut pro batur in d.l. interdum, et in toto ti. ff. de p̄cario. Et plene habetur per Bar. in l. q

16. **meo prealle.** ¶ Non aut̄ est credendum ut etiā alias dixi quod per estimum aut cadastrum p̄betur poss. neq; dñium, ut no. Bar. et Bal. in l. si pr. C. de action empti. Et plures uidi dubitare in prac tica, unde licet ego dedissem officiali cois multos fundos in scriptis dicēs esse meos, rogans q̄ ponat in estimo meo, per hoc non p̄batur q̄ possideam illos fundos, nec q̄ sunt mei in p̄iudicium ter cij sed bene probaret pro communitate in preiudicium eius qui fecit ponere in Estimo ad hoc ut cogatur soluere col lectas pro istis reb. etc. Hec sunt no. dñi Ang. in l.x. de uerbo obli. In considera tione secundi has facio conclusiones.

Repetitio Rub.

Prima conclusio. In possessorio retinendę ad hoc ut agens obtineat debet possidere tempore lit. contesta. ut in § hoc die insti. de interdictis. ¶ Secunda conclusio est declaratio prioris. Ita demum in hoc possessorio necessaria est probatio possessionis tempore lit. contest. si non constat de anteriori possessione secundum Albe. de rosa. in l. siue possidetis. C. de probatio. unde si actor probauit se possedit duobus annis. ex ipsis uel alijs ante lit. cōtesta. et asserat etiā de presenti possidere presumitur continuata possessio usq; ad tempus lit. conte. & ultra. secundum communem opinionem docto. in l. siue possidetis. prealle. Tertia conclusio. Si ille de cuius possessione agitur mortuus est presuminetur eius possessio continuata. usq; ad mortem. si constat de eius possessione per aliquod tempus. dictum est sing. domini Anto. de But. in c. cum ad sedem super de resti. spolia.

¶ Ex

De caus. pos. & proprie.

¶ Ex quo infero ad practicam quod si contra petentem rem suam, opponatur exceptio prescriptionis x. annorum et c. Si probat excipiens possessionem unius anni licet pater pluribus annis uix erit post illum annum satis dicitur esse probata possessio per totum tempus subsequens dictum annum usq; ad mortem, quod est notandum & non reperi aliquem docto. legistarum hoc tangentem licet materia sit civilis.

¶ Venio proprius ad materiam istius possessorij tetinende, ubi plura sunt uidenda. Et primum quid exigatur ex parte conuenti isto possessorio. glo. in capitulo cum dilectus, supra de causa possessio & proprieta. tenet quod requiritur conuentum turbare & assicerere se possidere, que glos. ab omnibus reprobatur. Ideo pro plena doctrina huius articuli fiendae sunt infra scriptae

18. conclusiones. ¶ Prima conclusio. Pos-

d 5 ses

Repetitio Rubr

fessorium retinendæ competit contra turbantem aliquem in posses. siue turbans afferat se possidere siue non. Hæc est sententia cois doctorum in c. licet causam supra de probatio. Et ibi expresse firmat domi. Joan. de imo. idem Bar. in

19. I. si prius ff. de ope. no. nunci. ¶ Secunda conclu. possessorium retinendæ competit contra diffamatorem qui uadit difamando q̄ res non est talis possessoris, uel q̄ est mala fide et c. et ppter hoc nō reperiuntur qui uelint laborare colere fundum. Hec conclusio probatur in I. uim facit, de ui, et ui ar. Ita concludit Bar. in. I. ¶ huius autem interdicti. ff. uti possidetis. Inno. in. c. ij. supra de in. inte. resti. ut inquit Bar. cuius sententia placet.

20. ¶ Tercia conclusio, possessorium retinendæ competit contra impediente uti iure seruitutis secundum Bar. in I. si duo ¶ ij. ff. uti possidetis. Et est bona glo. ibi. Pro quo facit etiam glo. in I. sicuti ¶ aristó. super uerbo uti pos. ff. si seruitus

De caus. pos. & proprie.

tus uendici. ¶ Eodem modo secundum Bar. Istud possessorium competenteret uolenti prohibere aliquem uti sue seruitutis. ¶ Ex quo infero ad practicam quotidianam qd si quis uelit ducere aquam per fundum meum ad fundum suum, causa adaquandi seu irrigandi, dicens se posse facere iure seruitutis, quia sibi competit seruitus aque ductus per fundum meum, ego potero intentare contra eum istud possessorium retinendae, eo quod uidetur me turbare in possessione fundi mei, cum non permittat me libere illum possidere cum asserat debere seruitutem etc. Econtra iste qui uult ducere aquam per fundum meum, si ego prohibeo ipsam aquam ducere, poterit intentare istud possessorium retinendae contra me quia eum turbo in quasi possessione seruitutis suae etc. ¶ Quarta conclusio, Si usufructuarius prohibetur a domino proprietario uti frui fundo, & accipere fru-

Repetitio Rub.

refructus poterit intentare istud pos-
sessiorum retinendae asserendo se turba-
ri in quasi possessione iuris usufructus,
non autem debet dicere se turbari in
possessione fundi, quando prohibetur a
domino, sed debet dicere se turbari in
quasi possessione usufructus. Nam quo
ad dominum proprietarium usufructu-
arium dicitur quasi possidere ius usufruc-
tus naturaliter & ciuiliter glo. est in l.
ait pretor, in § itē ei qui ff. ex quib. cau.
maio, in inte, restitu. & dicit Cy. in l.
unica. C.uti possid. quod non est alias
glo. in mundo. Sed Bart. in l. naturaliter
in prin. ff. de acqui. pos. dicit quod sunt
alię due glo. idem dicentes, scilicet in l.
si plures § deiectum ff. de ui & ui ar-
22. ma, & in l. si. ff. uti pos. Et ista quasi
possessio constituitur in omnib. iuribus
incorporalib. per patientiam aduersarij,
ut in l. penul. ff. de seruitutibus titu. ge-
nera, & bene facit quo ad usum fructu-
arium, tex. in l. iii. §. dare ff. de usu. Eo
enim

De caus. pos. & proprie.

enim ipso quod utar una seruitute sciente & paciente aduersario meo , ego dicor in quasi possessione iuris seruitus, & sic eo ipso quod usufructarius percipit fructus paciente proprietario, dicitur esse in quasi possessione iuris percipiendi fructus, & sic de singulis est dicendum. Caueat igitur usufructarius qui prohibetur a proprietario percipere fructus ut non dicat se turbari in possessione fundi, quia succumberet per
23. ea quae supra dicta sunt. ¶ Quinta conclusio, Si usufructarius prohibetur percipere fructus, per Tertiam personam non autem per proprietarium, competit ei possessorum retinendae , & debet dicere quod turbatur in possessione fundi quem possidet naturaliter considerata proprietate fundi. Et ita intelligitur tex. in l. naturaliter prealle. ¶ Caueat hoc casu fructarius ne dicat se prohiberi uti frui. Vel se turbari in quasi possessione usufructus, quia succumbe-

Repeticio Rub.

cumberet, quia ista narratio non con-
gruit nisi qn prohibetur a proprietario.
Sed debet dicere quod turbatur posses-
sione fundi. Ista que dicta sunt in istis
duabus conclusionibus ultimis, sunt de
mente Bar, licet non ita clare, in l. natu-
raliter prealle. ¶ Ex premissis patet q
possessio de presenti est fundamentum
necessarium in personam agentis poss.
retinend, & hoc siue sit posses. natura-
lis & ciuilis simul, siue sit possessio natu-
ralis, uel ciuilis tatum cum competit eti-
am possidenti naturaliter tatum, ueluti
est uidere in usuario, ut in l. fi. ff. uti pos-

24. sidentis. Et sic istud possessorium habet
contrariam naturam petitorij, q petito-
rium est ipsa rei uendicatio, quae non
competit habenti possessionem, ut in l.
j. § ult. ff. uti possid. ¶ Liquet etiam ex
premissis ex parte conuenti non esse ne-
cessariam posses. sufficit sola turbatio,
licet conuentus nō contendat se possid.
Vt supra dictum fuit, & in hoc etiam
contra-

De caus. pos. & proprie.

contraria est natura petitoriū, que datur contra possidentem, et possessio est fundamentum ex parte conuenti, Ut in l. uni C. de alie. iu. et c. et in c. examinata, supra de iudi. et in § j. insti. de actio.

25 ¶ Stat nunc maxima dubitatio qn̄ utrāq; pars contendit se possid. et forte neuter uult dare libellum ne per hoc consti tuatur actor. ¶ Est etiam maxima dubietas qn̄ utrāq; probauit de possessione quae debeant esse partes, iudicare debetis, ut habeatur ueritas harum dubitationum, colligo has conclusio. in iure tenendas. Prima conclusio. Vbicunq; di sceptatur de pos. et utrāq; pars afferit se possidere, nolens dare libellum qd dicit una pars. Ego sum in possessione, si aduersa pars aliquid uult det libellum, & ecōtra altera pars dicit alteri parti, istud fit multociēs iudex debet sine libello & sine litis contestatio. summarie recipere informationes de poss. secundum Ia. But. in l. incerti C. de interdictis.

Etsi

Repeticio Rub.

Et si constat alterum possidere & alterum non per dictas informationes. Iudex debet precipere parti, de cuius possessione non constat, ne accedat ad possessionem. Nec isto casu, etiamsi timeretur quod partes ueniant ad arma, hoc debet sequestrari possessio apud officium secundum Inno. in c. licet causam supra de probatio. Et in hoc saepe errant rectores terrarum & uidi errare quod sequestrant in continenti. Sin autem per dictas informationes non constaret quis haberet meliora iura in possessione, tunc iudex debet sequestrare possessionem & fructus apud officium donec causa fuerit finita in iudicio ordinario, & apparuerit quis sit posseſſor secundum Bald. in l. unica C. de prohi. sequestra, pe. Et per Inno. in d. c. licet causam & per cæteros canonistas. ¶ Secunda conclusio. Si altera pars porrexit libellum in possessorio retinendæ. Ille obtinebit qui probat possessionem
se ha-

De caus. pos. & proprié.

se habere tempore litis contesta. insti. in
§ hodie de interdict. quod intelligite,
26 ut supra est declaratum. Tertia conclusio si in possessorio retinendæ utraq pars probauit de possessione sua, ille perfertur & obtinet qui probauit per testes qui dicant magis uerisimilia, & si omnes testes dicant eque uerisimile, obtinebit qui produxit testes honestiores, et existente paritate honestatis obtinebit qui produxit testes numero plures, qui deposuerunt de possessione, ut in l. ob carmen, in § si testes ff. de testi. & c. in nostra presentia, de testi. ¶ Quarta conclusio, Vbi est omnimodo paritas testium pro utraq parte, ille obtinet qui probat de antiquiori possessione, quia possessio recentior præsumitur clandestina, ut in c. licet causam supra alleg. facit quod habetur in l. fi. C. de edi. diui Adri. tol. Et in hanc conclusionem concurrunt omnes doctores, tam canonistæ quam legistæ. Dicebat tamen

e

Bald.

Repetitio Rub.

Bald. in l. j. C. de seruis fugi. q̄ debet intelligi id quod dicitur de possessione recenti, quod possessio presumatur clavis destinata, scilicet si est possessio parui tempore, quod iure non probatur nec est tenendum. ¶ Quinta conclusio si probatum est per utramque partem æqualiter de possessione, etiam respectu eiusdem temporis, quia unus de tam antiqua possessione sicut alius probauit, ille obtinet qui probat titulum, casus est singularis & non est alibi in causa, licet causam prealata leg. ¶ Ex quo sequitur corollarium quod licet in possessorio recuperandæ, non admittatur exceptio dominij neque tituli & consequenter neque probatio, tamen in posse retinendæ admittatur exceptio tituli & eius probatio, ex quo sequitur quod poterunt fieri pones & capitula de dominio & de titulo, nec poterit pars aduersa repellere nec excipere non debere admitti tantum impertinentia, quoniam sunt pertinentia, quia causa quo

De caus. pos. & propre.

Si quo pariter per utramq[ue] partem probaretur de possessione, obtinebit ille qui probauerit titulum & multo magis dominium. Hæc est doctrina. Io. Butr. in l. incerti prealle, quem sequitur Bald. in l. ordinarij, C. de rei uendi. idem Bar. in l. si de eo. § i. ff. de acqui. pos. & nonnulli canonistæ in prealle. c. licet causam. Erit ergo practica q[uod] agens possessorio retinendæ uel conuentus, faciat capitulum quod ipse emit dictum fundum a tali, uel quod sibi est donatus ille fundus, uel capitulolet de alio titulo, & si aduersa pars confitebitur, responderet pro omnibus satis erit. Sin autem negabit habebit necesse probare, q[uod] faciet producendo instrumentum tituli uel si non esset confectum instru. probando per testes. ¶ Sexta conclusio. Si in possessorio retinendæ pariter probatum est de possessione omni respectu, et ab utra q[uod] parte productus est titulus & probatus,

Repeticio Rub.

batus. Maxima est in hoc casu dubietas inter omnes doctores legist. & canonist. qualiter debeat iudex iudicare. Sunt qui dixerunt iudicem hoc modo iudicare debere uti possidetis ita possideatis, et hoc ubique tenui glo. iuris civilis quod reprobatur, quia sententia debet esse certa. Ut in § curare instit. de actioni. Idem secundum hoc daretur causa partib. ueniendi ad arma et ad rixam, quod prohibere pretor debet, ut in l. equissimum ff. de usufruc. quare alia fuit opinio quod iudex nihil debeat pronunciarer sed supersedere debet, & hoc uoluit glos. iuris canonici in c. licet causam prealle, quam opinionem improbavit Bar. in hac re nouam habens considerationem, uidelicet quod iudex debet adiudicare possessionem utriusque parti pro dimidia parte pro indiuiso, ita dicit ipse in l. si duo in prin. ff. uti possidetis, mouit eum talis ratio, quoniam idem uidemus in legato, ubi si testator eandem

De caus. pos. & proprie.

Eandem rem legat pluribus insolidum cum uterque eam rem in totum habere non possit, faciunt sibi legatarij partes per concursum, ita quod unus habeat partem dimidiām rei legatae, alius alteram dimidiām, ut in l. coniuncti. Cum ibi plene notate ff. de lega, iij. Ita dicendum & hic cum utraque pars plene probauerit de possessione insolidum cum non sit possibile duos esse dominos eiusdem rei insolidum, ut in l. iij. § econtrario ff. de acqui. pos. et facit quod habetur in l. si ut certo. § si duob. ff. commodati, facient itaque etiam hoc casu isti litigantes sibi partes in possessione per concensum ut quilibet eorum habeat dimidiām partem, que consideratio non placuit domino Francisco de ramponib. qui dixit exemplum bar. de legato, non esse bonum quoniam in dicto exemplo erat certum factum quod constabat testatorem istud legatum insolidum utrique fecisse, sed erat

Repetitio Rub.

dubium in iure cui deberet res adiudicari, in questione autem nostra factum non est certum, quia incertum est quis possideat propter contrarias probatores ideo dominus Ioan. de Imo. in dicto. c. licet causam amplectitur opinionem glos. ibidem quod iudex debeat super sedere a iudicando. ¶ Ego autem in hoc aliter sentio uidelicet quod ubi apparet in possessorio retinendae quis sit actor & quis sit reus, quia unus dedit libel lum contra alium conuentum, sicut communiter euenit, tunc ego dico qd iudex intrepide debet ferre sententiam pro reo. Ad hoc ego adduco. tex. expressum dicentem hoc in c. ex litteris supra de proba. qui est optimus tex. ad hoc, nam paribus existentibus probatis onibus actoris & rei fit confusio probationum, nam probations actoris confunduntur cum probationib. rei, & perinde est ac si non esset probatum. & sic resultat regula quod actore non probante

De caus, pos, & proprie,

probante reus debet absolui, procederet aut dicta dubitatio, ubi uterque deisset libellum, & sic uterque esset actor & reus, & tunc etiam ego sto cum glos. iuris canonici, & quod dicit Bar. magis procedit ex equitate & ex amicabili compositione quam ex rigore iuris, & laudandus esset iudex qui partes induceret ad tales compositionem, quia aliud non debet querere pretor, nisi ut partes sint concordes, ut in l. j. in § & post ff. de ope. no. nun. Spe. tamen in tit. de petitorio & possessorio § si. dat unam bonam cautelam in hac dubitatione, quod ille qui uidet se æqualiter probasse de possessione sicut aduersaria pars, intret in possessionem armata manu lite pendente protestando quod hoc facit conseruatione suæ possessio-
nis & precipiat seu denunciet aduersario sibi minando q̄ non audeat intra-
re possessionem, nam si aduersarius nō audebit intrare, uidebitur suspicari

e 4 se posse

Repetitio Rub.

se posse repellī, & propter istam suspicioneū perdet possessionem, quia regula est quod quislibet possessor non audens intrare possessionem propter suspicionem ne repellatur si intrat, semper perdit possessionem, ut in l. clam possidere § quo ad nundinas ff. de acq. pos. & in l. si id quod § si. eo. ti. quæ cautela est bona secundū do. lo. de imo, nisi alia pars foret potens & non timeret talem denunciationem, tūc daretur occasio partib. ueniendi ad arma., & sic

28. esset periculosa ista cautela. ¶ Septima conclusio, In isto possessorio retinende non potest obtinere qui possidet ab aduersario ui, clam uel precario. ut in l. unica C. uti possidetis. secus si posside-

29. ret a tercia persona ui, clam etc. ¶ Ex hoc sequitur secundum doc. quod spoliatus possessione potest impune turbare in possessione fundi quo est spoliatus etiam si turbaret ex interuallo, quia non poterit conueniri isto possessorio. s. in-

ter-

De caus. pos. & proprie-

terdicto uti possidetis, & si intentaret
istud remedium succumberet actor,
quia possidet uī ab isto conuento cum
eum spoliauit. ¶ Ex quo sequitur quod
maior est uiolentia expulsiua. q̄ turbati-
tua, quoniam spoliato non permitti-
tur suum spoliatorem deīcere ex inter-
uallo, ut in l. iij. § eum igitur, qui armis
ff. de uī & uī arma. Sed bene permit-
titur turbatio ex interuallo inferen-
da spoliato per spoliatorem suum ut ex
predictis colligitur. ¶ Licet Guil. de cui-
ma late disputando tenuit in possessio-
rijs non requiri litis contestatione, cum
tamen contraria opinio est uerior, ut
probatur in § hodie insti. de interdic.
& est glo. in l. fi. C. si per uīm uel alio
modo, & alia glo. in l. locum § si tabulae
ff. de tabulis exhi. quod etiam tangit
Bar. in l. naturaliter § nihil commune,
de acqui. pos. in ultima carta.

¶ e5 Cumu-

Ristore

Repetitio Rub.

1. Cumulatio petitorij & possessorij consideratur dupliciter.
2. Renunciatio in materia petitorij & possessorij est duplex scilicet expressa & tacita.
3. Suspensio in materia petitorij & possessorij que dicatur.
4. Regulæ impedientes cumulacionem seu concursum duarum actionum, quæ sint.
5. Cumulatio ratione contrarietas impeditur.
6. Cumulatio non admittitur quando plures actiones sic se habent quod electione unius alia tollatur.
7. Quando prima actio ita se habet ad secundam, quod absolutoria lata in prima pareat exceptionem rei iudicatae in secunda, tunc Cumulatio non admittitur.
8. Cumulatio non admittitur quando actor uidetur in secundo iudicio se habere illud quod petebat in primo.

Ratione

De caus. pos. & proprie.

9. Ratione duplicitatis cumulatio non admittitur.
10. Cumulatio raōe ordinis impeditur.
11. No. quod petitorum & possessorum septem modis tantum in iudicium deduci possunt.
12. Petitorum & possessorum an eodem tempore possint cumulari.
13. Not. quod interdum Cumulatio petitorij & possessorij retinendē cumulef.
14. Quando primo intentatur petitorium, et postea cepta lite proponitur possessorum adipiscendae respectu eiusdem rei, & ista remedia sic se habent, quod electione unius aliud tollitur, non admittitur cumulatio, idem est econtra.
15. Quando unus et idem, primo intentauit petitorum, & postea possessorum adipiscendę, et sunt talia remedia, q̄ electionem unius aliud non tollatur, Concurrus admittitur ante conclus. caue, non autem post conclusionem, nisi ex causa iudici aliter uideretur.

C. Pasto-

Repetitio Rub.

16. c. Pastoralis, de caus. pos. & propriet. solum procedit de æquitate Canonica, ne lites litibus intracentur.
17. Petitorium & possessorium recuperandæ cumulari possunt, nisi possessorum recuperandæ intentaretur post conclusionem super petitorio, & hoc de iure Ca. secus de rigore iuris Ciuii, sed ista conclus. patitur notab. limitatio. quam uide.
18. No. quod posses, retinendæ pro iuribus incorporalib. potest cum petitorio cumulari, si actor sponte uult in quolibet iudicio onus probationis subire, secus si actor propter eius possessiōnem uellet ab onere probandi relevari.
19. Posset, retinendæ ratione rei Corporalis quando possit cum petitorio cumulari uide per multas conclusio.
20. Testis deponens de possessione, an in dubio uidetur deposuisse de utrāq; posses ciuili & naturali.

Si

De caus. pos. & proprie.

21. Si Ticius primo agit contra te petitorio, & tu secundo contra eum posses recuperandæ ratione uiolentiæ quam dicens post suscepsum iudicium super petitorio tibi illatam, cumulatio admittitur, si autem ageret posses. recup. ratio ne uiolentiæ illatam ante ceptum iudicium super petitorio, tunc recipit notab. distinct. quam uide.
22. Concursus petitorij & possesso. recupe. an dimittatur, quando unus primo petitorium, aliis secundo possesso. proponit, uide per multas conclus.
23. Possessorium adipiscendæ intentatum per reum post intentatum petitorium per actorem, an concurrere possit cum petitorio & quando.
24. Si actor primo intentauerit petitorium, & reus possesso. retinendæ diuersis respectib. Cumulatio admittitur.
25. Si actor primo intentauerit petitori um,

Repeticio Rub.

um, & reus posse so, retinendæ, & ac tor asserit se possidere ea possessione quam habebat ante intentatum petitorium, tunc suspenso petitorio, solum super possessorio proceditur, secus si as sereret se possidere possessione postea quesita.

26. Quando unus primo proponit possessorium, & reus conuentus secundo petitorium per modum agendi, Cumulatio non admittitur.
27. Si possessorium adipiscendæ primo intentatur, et postea per reum petitorium proponatur, quando Cumulatio procedat.
28. Si actor primo proponit posse so, retinendæ & reus secundo petitorium, Cumulatio procedit si ista iudicia intentantur diuersis respectib. secus si ejisdē.
29. Quando simul et eodem tempore unus proponit petitorium & alius possessorium, tunc isto casu, quodcumq; sit poss. semper debet de eo precognosci.
Quando

De caus. pos. & proprie:

30 Quando uterque simul & eodem tempore, proponit petitorium & possessorum, quia asserit se possessorem & dominum, tunc secundum omnes, ratione contrarietatis, & ordinis iudicarij possessorum debet præcedere.



IS ITAQVE expeditis, per quæ cognoscitur natura possessorij recuperandæ, & natura possessorij retinendæ, ue nio ad materiam petitorij & possessorij, & quoniā Bar. attestante materia est obscura & subtillis, quare pro facilitiori intelligentia premitam quædam euidentialia, post modum iuxta consuetum ordinem materia explicabo per conclusiones. pmitto itaque primo quod in hac materia petitorij et possessorij habetur mentio de accumulatione & de renunciatione & de suis

Repeticio Rub.

1. de suspensione. ¶ Accumulatio potest considerari dupliciter. Primo quando in uno, eodemq; libello, eodemq; tempore simul intentatur petitorium et possessorum. Secundo quia primo intentato petitorio tamen lite pendente super intentato, puta possessorio formetur nouus libellus, in quo intentetur petitorium & utrumq; prosequatur quod
2. an de iure liceat infra uidebitur. ¶ Renunciatio etiam potest considerari dupliciter, quia quedam est renunciatio expressa & quedam tacita. Renunciatio expressa, ut quando est intentatum unum remedium, pendente lite, illi renuncietur expresse, puta petitorio & intentetur possessorum, quod an fieri possit infra patebit. Renunciatio tacita, ita explicari potest, ut quia quis intentauit petitorium scilicet rei uendicationem, per quam quis uidetur aduersarium asserere possessorem, ut in §. j. inst. de actio. & in c, examinata, deiudi.

Quo

De caus. pos. & proprie.

- Quo iudicio pendente ille idem qui intentauit petitorium, intentat possessorum retinendæ, nam ex hac propositione possessorij tacite uidetur renunciare petitorio, quia intentando poss. uidet fateri se possid. cum aliter sibi non competeret hoc possessorum retinende, ut in § retinendæ insti. de interdictis, quod qualiter intelligatur lacius in conclusionib. subjicitur . ¶ Suspensio sic declaratur , ut quia quis intentauit petitorium & lite pendente intentat possessorum non prosequendo petitorium, scilicet dumtaxat possorium, hoc enim casu petitorium dicitur suspensum ex iuris dispositione , ut in c. pa storalis, prealle, plene no. ¶ Secundo premitto quod reperiuntur plures regulæ impeditiuæ accumulationis plurium actionum seu remediorum. ¶ Prima regula est ratione contrarietatis, ut quando duo remedia secundum naturam suam & originem propriam sunt contræ

Repetitio Rub.

contrariæ naturæ , talia remedia non possunt simul accumulari in eodem l*bello* uel etiam in diuersis, et hoc potest cōtingere in petitorio et possessorio res tinendæ, quando intentantur eodem respectu, et respectu eiusdem rei, Nam ista adiuicem aduersantur, qa petitorium presupponit aduersarium possessorum. Possessorum autem retinendæ presupponit agentem possessorem ut supra predictum est, quia interdum potest ad mitti accumulatio petito. & possessorij retinendæ, ut infra videbitis. ¶ Secunda regula impeditiva est ratione electionis quando plura remedia competit ad idem. Nam electione unius remediij aliud tollitur ut in l, quod in heredē, § eligere de tributoria. Et est glo, no. in l, fi. C, de codicil. ¶ Tercia regula impeditiva est ubi cuncta sententia absolute lata in uno iudicio parit exceptionē rei iudi, in secundo, tunc impeditur accumulatione, ut in l, fundi, et in l, fundū ff. de excep, & not, per Cy, in l, edita, C, de

De caus. pos. & proprie.

8. edendo. ¶ Quarta regula impeditiūa est quociescunq; actor uidetur asserere secundo iudicio, se habere illud q; petebat in primo, et potest poni exemplum quis petitorium intentat contra possessorum, q; pendente ipse idem intentat possessorum retinendæ. Per cuius remedij propositionem actor uidetur se asserere possessorem ut sup̄ dictum est, q; posse, petebat intentando petitorium & haec probantur in § nihil cōmune secundū
9. toēm lecturam ff. de acq. poss. ¶ Quinta regula impeditiūa est rōne duplicitatis ubi q; idem cōsequitur p unum remediu
10. q; p aliud, liqbit in cōclusionib. ¶ Sexta et ultima regula impeditiūa est rōne ordinis iuris, et ista est magis consultatiua regula q; necessaria hoc est q; ius cōsulit q; ille cui competit possessorum, et petitorū pri⁹, debeat intentare possessorū quia est facilioris probationis q; petitorū, ut in l. is qui destinauit ff. de rei uendi, et ex euētu finis possessorī decla
do quā

Repeticio Rub.

rabitur quis debet sustinere onus probationis in petitorio. Hac probantur in l. ordinarij C. de rei uendi, & in l. incerti C. de interdictis, & in l. si de ui ff. de iudi. Has regulas ponit Bar. in § nihil commune prealle. ¶ Secundo premitto quod petitorum & possessorium possunt septem modis in iudicium deduci & non alio modo. ¶ Primo quia interdum unus & idem primo intentat petitorum & pendente lite postea intentat possessorium. ¶ Secundo modo quia unus, & idem primo intentat possessorum & lite penden, postea intentat petitorum. ¶ Tercio modo quia unus, & idem simul, & eodem tempore intentat petitorum, et possessorium. ¶ Quarto quia unus primo intentat petitorum, et lite pen, aduersa pars postea intentat possessorium. Quinto quia unus intentat possessorium & lite pendente aduersa pars postea intentat possessorium. Sexto quia unus proposuit pos-

De caus. pos. & proprie.

nit possessorium, & aduersa pars proponit petitorium, & eodem tempore.

¶ Septimo si uterque litigator unus aduersus alterum uicissim, et eodem tempore simul proponit petitorium, & possessorium. Qualiter autem haec continent aut possint contingere examina-

12. bitur per conclusiones. ¶ Priusque autem descendendo ad conclusiones formo unum dubium. Vtrum petitorium, & possessorium possint simul accumulari & intelligite in uno, & eodem libello uel diuersis eodem tempore, tamen Io. & Azo. glosatores in l. si de ui ff. de iudi. tenent non admitti accumulationem, quod uidetur probari in l. ordinarij & in l. si de ui, & in l. incerti, prealile. Martinus autem glo. in d. l. si de ui tenet admitti accumulationem in omnibus possessorijs excepto possessorio retinendae propter contrarietatem & repugnantiam resultantem, ut supra declarauit Pet. de bellapert. quem re-

Repetitio Rub.

fert Cy. in l. unica C. uti possidetis, dicit
nunq̄ in suo capite potuisse cadere q̄
non admittatur accumulatio in oībus
possessorijs, cum cesseret omnis regula im-
peditiua accumulationis, & dicit Cy.
hanc opinionem petri fore ueram tanq̄
euangelium. Bar. aut̄ in d. § nihil coie,
dicit opinionē, Petri esse magis falsam
q̄ Iudae schariot, qui Bar. discurrit per
oēs regulas impeditiuas accumulationiōis
probans per illas regulas impediri accu-
mulationem, tandem ipse Bar. concludit
opinionem Martini continere ueritatē
quę probatur in c. pasto. de causa pos. &
proprie. Ego credo q̄ petrus habuerit
sanum intellectum et q̄ dixerit uerita-
13. tem, quia etiam secundum alios doc. in-
terdum admittitur accumulatio petito-
rij et possessorij retinendę, q̄ contingit
qñ intentans petitorium possidet solum
ciuiliter, nam tunc potest intentare pe-
titorium pro recuperanda possessione
naturali existente penes aduersariū, &
etiam

De caus.pos. & proprié.

etiam pro hac naturali potuit intentare possessorium retinendae, eo q̄ curratur in sua ciuili propter illam naturalem, ni hil est q̄ prohibeat hanc accumulatio- nem, cum nulla hoc casu resultat contra rietas. Non est credendum q̄ Pe. de bel laper. qui inter omnes doc. fuit subtilis simus, fuerit opinonis q̄ in petitorio et possessorio retinende admittatur accu mulatio, casu quo resultat contrarietas. Sed uoluit dicere q̄ est possibile accu mulationem admitti in quolibet pos. ut sup̄ declarauit ¶ Vt igitur liqat ista ma teria petitorij et possessorij subiçcio infra

14. scriptas conclu. Prima conclusio sit ista qñ unus, et idem primo pponit petitorium, et postea ex interuallo iam cepta lite, pponit possessorium adipiscendere spectu eiusdē rei, et ista remedia sic se ha bent q̄ unū tollitur in electione alterius solum proceditur super primo, nec p̄t possessorū opponi, et iste est casus in l. fi. C. de codicillis, et ibietiā no. in glo. Idem

Repeticio Rub.

foret econtra si primo esset intentatum
possessorum adipiscende propter ean-
dem rationem. Ratio conclusionis est
quia hic subintrat una regula impediti-
ua accumulationis, que fuit premissa in
evidentialib. que talis est, quod ubi duo
remedia competit pro eadem re, quo
rum unum tollitur electione alterius
impeditur accumulationis, & bene dixi.
Uobis accumulationem non solum in-
telligi, quando simul & eodem tempo-
re intentantur duo remedia, Sed eti-
am dicitur accumulatio quando ista re-
media intentantur diuerso tempore li-
te pendente super uno remedio, &
hoc modo intelligitur ista conclusio.
Aduertite quod ista conclusio habet
locum etiamsi ambo remedia concer-
neret petitorium, ut probatur in d. l. fi.

15. ¶ Secunda conclusio, Si primo est in-
tentatum petitorum, & postea inten-
tetur possessorum adipiscende per unū
& eundem actorem, & sunt talia reme-
dia quod unum non tollitur electione

De caus.pos. & proprie.

alterius admittitur accumulatio seu con-
cursus si non est conclusum in causa,
Si autem esset conclusum in causa,
tunc non admitteretur, nisi causa aliter
iudici uideretur, ista conclusio proba-
tur in ca.pastora, supra saepius alleg. Pro
ista conclusione faciunt glo.in l.fi.de ui

16. prealleg. Quam conclusionem putat
Bart. procedere de equitate canonica
secus de rigore iuris ciuilis, puta quod
si ceptum est iudicium super petitorio
quod propter hoc non debet differri
possessorium quod est momentaneum
etiam si non separetur ferri sententia in-
continenti super petitorio. ¶ Tertia
conclusio. Vbi primo est intentatum
petitorium & unus, & idem postea pro-
ponit possessorium recuperandæ ad-
mittitur accumulatio secundum ueram
opinionem Martini glosatoris, de qua
supra dictum est, pro qua conclusione
uidetur casus apertus in l. cum fundum
§ f iff. de ui & ui arma. Ratio conclusi-
f 5 onis

Repeticio Rub.

onis est quoniam cessat hic omnis regula
la impeditura accumulationis, si bene
discurratur per oes regulas impeditivas
etc. Hec conclusio limitatur nisi q̄s uel-
let intentare possessorium recuperandę
p^o conclusionem in causa sup petitorio.
quia tunc non p̄t intentari posse, de
iure canonico per d.c.pastoralis. Sed de
rigore iuris ciuilis poterit ut iquit Bar.
et ut supra dixi. Hec conclusio est etiam
limitanda secundum bar. ubi actor uult
probare, et onus probandi assumit in se
super utroq; iudicio. Sin autem actor
qui p̄mo intentauit petitoriu et lite pen-
dente, postea intentat possessori. recupe-
rande, n̄ uellet suscipere in se onus pro-
bando super petitorio, et allegans quod
possessio uiciosa quae est in reo. s. uiol-
entia, non debet releuare reum ab one
re probandi, ut in l. uis eius, et ibi casus,
C. de proba. tunc intentato secundo po-
sse, suspendetur petitorium, et p̄cede
retur tantummodo sup possessorio et ex.
fine

Repetitio Rub.

sine litis possessoriū apparebit cui incumbat onus probandi super petitorio, ut in d.l. fi. et in l. liberis § finali de liberali causa. Nam si obtinebit actor super posseſſorio onus probandi super petitorio recumbet reo propter emolumētum posſeſſionis, si autem obtinebit reus in posſeſſorio onus probandi super petitorio incumbeſt actori. ¶ Quarta cōcluſio

18. si quis pmo proponit petitorium, et poſteā ipſe idem proponat posſeſſ. retinende, ratione iuris incorporalī putare ſeruitutis pro qua competit interdictum retinende, ut dixi ſupra, et probatur in l. ſicuti § aristo. ff. ſi ſeruit⁹ uen dicetur, et notatur in l.j. post prin. ff. uti poſſideſtis p⁹ prin. admittitur accumulatio ſi actor uult in utroq; remedio probare, ſi autem non uelit in utroq; probare pceditur ſuper posſeſſo. ſuſpenſo petitorio, ut dixi in precedenti conſluſi, ut appareat q̄s onus probandi ſuſtinere debet in petitorio etc. ¶ Vnde ſi pmo in tenta-

Repeticio Rub.

tentauit actionem confessoriam quæ dicitur petitorum. Et competit pro iure seruitutis ubi quis asserit sibi deberi seruitutem, ut in § eque, insti, de actio. Et pendente lite super ista confessoria quia forte non possum probare dominium fundi mei, cui dico deberi seruitutem, quod dominium est necesse probari petendo seruitutem, ut l. sicuti § sed si queratur, & ibi etiam bona glos. § si seruitus uendicetur. Timens ne suc cumbam in petitorio uolo intentare possessorium retinende, in quo sufficit mihi probare quod sim in quasi, posses sione seruitutis, hoc certe fieri poterit secundum distinctionem quam supra posui. ¶ Quinta conclusio, Si intentetur primo petitorum, & postea per eundem actorem lite pendente intentetur possessorium super re corporali. Si intentetur diuersis respectib. admittitur accumulatio. Ratio est quia nulla regula subest impeditiva accumulationis & proba-

De caus. pos. & proprie.

probatur hæc cōclusio in d. § nihil com
mune secundum unam lecturam . eti
am notat . in l. clam possidere § qui ad
mundinas ff . de acq . pos . hanc conclusi
onem tenet Dy . & sequuntur omnes
docto . quæ conclusio sic potest explicar
i putat quod ego intentau i rei uendi
cationem ratione naturalis possessionis
que est apud Ticum , postea ago uti
possidetis pendente lité ratione ciuilis
possessionis turbatæ que est apud me ,
certe admittetur talis accumulatio quia
ista remedia competit diuersis respe
ctibus . ¶ Sexta conclusio si unus &
idem primo proponit petitorium & li
te pendente proponit possessorum re
tinendæ eodem respectu ratione pos
sessionis quesite post petitorium inten
tatum admittitur accumulatio . Hæc
conclusio probatur in d. § nihil com
mune secundum quartam lecturam .
Ratio conclusionis est quia nulla insur
git contrarietas que habet impedire

de iuramento in iure modico . q. 11. accu-

Repetitio Rub.

accumulationem, nec subest alia regula
impeditiva. ¶ Et potest hæc conclusio
ita exemplificari. Ego ago rei uendica-
tione contra Titium ratione fundi quæ
dico spectare ad me iure dominij, q[uod] fun-
dus eo tempore possidebatur per Tici-
cium pendente lite super isto petitorio
ego acquisiti possessionem ipsius fundi
Iste autem Ticius turbat me in ista pos-
sessione certe admittetur accumulationis,
et potero intentare possessorum reti-
nendæ ratione quesite possessionis post
intentatum petitorum, in qua posses-
sione de p[ro]nti turbor, et poterit ferri sententia
super utroq[ue] remedio, nam ferre-
tur sententia super possessorio ut desis-
tat a turbatione, et ferretur sententia su[er]
petitorio propter fructus fundi, q[uod]s
forte percepit Ticius, uel per stipulatio-
nem de euictione ut probatur in l. utiq[ue]
& in l. si a bonefidei, circa prin. ff. de rei
uen. et in l. si seruus ff. iudicatum solui.
Si autem nulli uenirent fructus uel
aliud interesse, deberet ferri sententia ab

De caus. pos. & proprié.

solutoria pro reo. Ut in l. si autem § i.
ff. de rei uen. et in l. quociens, ff. de solu.
et in § ii. insti. de perse. et tempo. actio.

¶ Septima cōclusio. si primo intentatur
petitorium, postea per eundem intenta
tur possessio. rōe possessionis q̄ actor ha
bebat et sciebat se habere tempore intē
tati petitorij, si pendente lite super pe
titorio intentetur possessorium retinen
dæ non admittitur accumulatio, ista cō
clusio probatur in d. § nihil commune
in ij. lec. ¶ Ratio conclusionis est quia
intentando petitorium sciens me possi
dere, uideor renunciare possessioni q̄
habebam, & per consequens posses
sorio quod mihi pro ea competit, ut
no, in l. Si diuo ff. uti possid. & in
glo. notatur in d. § nihil commune in
tertia lectura, patet quod uideatur re
nunciare possessioni, quoniam posses
sori non competit rei uendicatio scilicet
habenti uitramq; possessionem s.
cūsile & naturalem. Nam cum logm
de

Repeticio Rub.

de possessione in dubio intelligitur de
utraq; possessione ciuili & naturali tex.
est no. in l. iij. § quod uulgo ff. pro he-
rede, licet si proferatur a uulgaribus pu-
ta testib. rusticis uel aliter idiotis q; talis
possedit talem rem etc. intelliguntur
deponere de possessione naturali, que
potest percipi per sensum corporis ut
no. Bar. in l. stipulatio ista in § hi q; q;
ff. de uerbo. obliga. & dicit Anto. de
But. in c. cum ad sedem, de resti. spoli.
Et ibi plus dixit do. Anto. quod si testes
dixerint quem tenuisse uel detinere ta-
lem fundum etc. probata est possessio,
quod est singulare, & hoc ideo quia
qui detinet presumitur possidere secun-
dum Inno. in c. cum olim de priuile.
impedietur itaq; accumulatio hoc casu
propter unam regulam impeditiuam
accumulationis. I. ratione electionis,
quia eo ipso quod elegit petitorium
sciens se possidere, sublatum uidetur
possessorium per electionem petitorij
ui ta-

Repeticio Rub.

ui tacite renunciationis. ¶ Octaua conclusio. Si intentetur primo petitorium per actorem nescientem se possidere quia forte possidebat per alium, id est quod aliis possidebat nomine suo, ipso ignorante, & postea pendente petitorio intentet possessorium retinendę, & conuentus negat illum possidere, tunc non admittetur accumulatio. Sed procedetur super possessorio suspensō petitorio, & ita potest intelligi tex. in l. incerti & in l. ordinarij, & in l. si de ui supra saepius allegat. ¶ Ratio conclusiōis est quia subest una regula impeditiva accumulationis scilicet ratio contrarietatis. Nam intentans petitorium asserit aduersarium possidere ut supra saepe dictum est. Intentans autem possessorium retinendae asserit se possidere. Ista autem inter se sunt repugnantia & contraria. Ergo etc. ¶ Sin autem reus confiteretur ipsum possidere, tunc etiam non admitteretur accumulatio

g

alia

Repetitio Rub.

alia ratione quia intentando possessoris
um sciens me possidere quod constat p
cofessionem aduersarij, ego actor uide
or renunciare petitorio, quæ dicta sunt,
ubi primo intentatur petitorum eadem
dicenda sunt, ubi primo intentatur pos
sessorum. ¶ Nona conclusio, Si unus
primo intentat petitorum & alia pars
secundo intentat possessorum recupe
randæ ratione uiolentiæ commissæ post
litem conte sup petitorio, accumulatio
admittitur, ut in in l. si constiterit C.
finium regun. ¶ Decima conclusio, Si
primo proponitur petitorum per unum
& lite contest, super petitorio reus con
uentus intentat possessorum recupe
randæ ppter uiolentiam illatam ante iud
icium ceptum super petitorio, admitti
tur cumulatio, id est, q procedetur in
utroq; iudicio si intententur diversis re
spectibus, puta quia ago rei uendicatio
ne contra te ad fundum uel ad aliam re
in qua tu habes solam detentionem cu
ius

De caus. pos. & proprie.

ius detentionis rōne datur rei uendi, ut
in l. officium ff. de rei uendi. reus aut̄ in-
tendat possessorium recupe, q̄a fuit spo-
liatus ab actore possessione saltem natu-
rali, quam habebat in ista re ante iudi-
cium ceptum super petitorio, & proba-
tur hæc conclusio in § nihil commune
sepius alleg. secundum quintam lecturā.

¶ Vndeclima conclusio si primo intenta
tur per unum petitorium, et postea per
alium intentet possessorium recu. ante
litem contestatam super petitorio, utrū
q̄ iudicium poterit proponi. Sed proce-
detur dumtaxat in possessorio suspenso
petitorio. Ratio conclusionis est ppter
privilegium spoliationis, q̄ est ut spolia-
tus ante omnia restituatur q̄ est intelli-
gendum nisi reus conuentus petitorio
confessus fuisset se possidere tempe in-
tentati petitorij, quia tunc intentan-
do posset sibi cōtrarius nisi reuocaret
confessionem, secund. ea q̄ notantur in
l. is qui se obtulit ff. de rei uend. Et

g 2 proces

Repetitio Rub.

procedit ista conclusio probando confessionem erroneam, aliter non. ¶ Duo decima conclusio, Vbi primo per unum est propositum petitorium & lite contestata super petitorio pars conuenta proponit possessorium recuperandæ non admittitur possessorium, si iste pponens conuentus petitorio confessus fuit se possidere, ratio est propter contrarietatem inde resultantem, cum primo sit confessus possidere, & modo a gendo possessorio recuperandæ negat se possidere, et sic obstat una regula impeditiva accumulationis, scilicet contrarietas. ¶ Decima tercia conclusio, Si primo intentato petitorio per unum & lite super hoc contestata, per conuentum proponitur possessorium recuperare, nec appareat quod iste conuentus confessus fuerit tempore petitorij se possidere admittitur accumulatio, & procedet in utroque iudicio, nec hoc casu audiatur pponens possess, opponens debere suspens

De caus. pos. & proprie.

suspendi petitorii & procedi in possessorio propter priuilegium cause spoliatio-
nis, ratio secundum Bar. quod ista exceptio, suspendat petitorium, est dilatoria,
& ideo debet proponi ante litem con-
testatam, ut in l. exceptio. C. de pro-
ba. ¶ Ego puto teneri contrariam op-
positionem, ut quod solum procedatur in
possessorio, petitorio suspenso propter
priuilegium causae spoliationis de quo
supra, nec obstat ratio, Bar. quoniam
exceptio dilatoria potest opponi post
litem contestatam, quando oritur lite
contestata, ita quod non erat orta ante
litem contestatam. tex. est qui semper
allegatur in l. iij. C. de confortib. eiusdem
lit. At in presenti conclusione ista ex-
ceptio, suspendatur petitorium, non erat
orta ante litem contestatam super pos-
sessorio, cum etiam eo tempore non erat
intentatum possessorium recuperande
talis exceptio opponi nequiverat, & ita
23. tenete contra Bar. ¶ Decimaquarta
g 3 conclus

Repetitio Rub.

conclusio. Si unus proponit primo petitorum, & alius postea proponit posses. adipiscendæ admittitur accumulatio si intentatur diuersis respectib, si autem eodem respectu intentantur si ante lit. cotesta. super petitorio reus intentet possessorium super possessorio tantum procedatur, ratio quia reus proponendo tale interdictum negat se possidere, ut in l. f. ff. de rei uen. ¶ Si autem reus proposuit possessorium adipiscende lite contestata super possessorio intento tunc dicendum est in omnibus, ut supra dixi in possessorio recuperandæ. ¶ Decimaquinta conclusio. S primo intentatur petitorium per unū, & postea per reum conuentum intentatur. Possessorium retinendæ admittitur accumulatio si diuersis respectibus intentatur sicut communiter potest euenire, quoniam intentans petitorium asserit aduersarium possidere, et aduersarius intentando poss. retinende asserit se possid, et sic celsat omnis regula impe

De caus. pos. & proprié.

25 ditiua accumulationis. ¶ Decimasexta conclusio. Si pmo intentatur petitoriu p unum, et postea intentatur pos. retinē dē per conuentū petitorio si actor asse rit se possidere ea possessi, q̄ habebat ante intentatum possessorium suspenso petitorio pcedetur in solo possessorio. Ratio duplex est quae si super utroq̄ p cedetur actor esset ibi contrarius & sic hoc impedit ratio contrarietatis. Alia est ratio ordinis qui uult possessorium prius tractari q̄ petitorium, ut in l. ordi narij, prealleg. cum similibus. Si tamen assereret actor sibi quesitam possessio nem lite contest. super petitorio tunc posset utrungq̄ iudicium procedere ut in d. § nihil commune secundum quartam lecturam, quod declarandum ut supra dixi in alijs conclusionib⁹ quando unus & idem intentat petitorium & possessorium retinendæ diuerso tamen tempore. ¶ Decima septima conclusio. Quādo unus primo ppo

Repeticio Rub.

nit possessorium recuperandæ & reus
conuentus secundo intentat petitorum
per modum agendi, proceditur in solo
possessorio & non admittitur petitoriu-
m, & hoc propter priuilegium cause
spoliationis de quo supra satis dictum

27. ¶ Decima octaua conclusio, Si
unus primo intentat possessorium re-
cuperandæ & conuentus secundo in-
tentet petitorum in modum excipien-
di non admittitur exceptio petitorij ni-
si intentans possessorium consentiat, ut
in c.j. supra de resti.spo. De hoc latissi-
me dixi supra in una limitatione data
ad illam regulam spoliatus ante omnia
debet restitui etc. ¶ Decima nona con-
clusio, Si primo est intentatum posses-
sorium adipiscende per unum & postea
per conuentum intentetur petitorum
diuerso respectu et cumulatio admittit,
si autem eodem & tunc non admitti-
tur accumulatio. Ratio est quia ille qui
pro-

De caus. pos. & proprietate

proposuit tale possessorium negat se possidere, ut in l. fi. ff. de rei uen. & sic impeditur ratione contrarietatis. ¶ Ad mitteretur tamen accumulatio & prosecutio utriusq[ue] si forte conueniretur ratione possessionis postea quesitæ ut per Bart. in d. § nihil commune
28 in quinta combi. ¶ Vigesima conclusio. Si primo intentetur possessorium retinendæ & postea secundo reus intentat petitorium, prius cognosceretur de possessione suspenso petitorio ratione contrarietatis, & hoc quando intentatur eodem respectu & ratione eiusdem possessionis. ¶ Si autem intentantur diuersis respectibus, & tunc admittitur accumulatio cum nulla sub
29 sit regula impeditiva. ¶ Vigesima prima conclusio, Vbi simul & eodem tempore unus proponit possessorium & alius proponit petitorium, prius debet de possessorio cognosci, siue sit possessorium recuperandæ propter priuilegium

Repeticio Rub.

um spoliationis, siue sit possessorium adipiscende ratione contrarietatis siue sit possessorium retinenda ratione contrarietatis & ordinis, & ita tenet glo. in l. incerti C. de interdic. & sequitur Bar. in d. § nihil commune, quod est intelligendum nisi diuersis respectibus petitorium & possessorium intentarentur secundum Bar. quia tunc admitteretur accumulatio nec subest aliqua regula impeditiura accumulationis & prosecuzionis utriusq. ¶ Vigesima secunda conclusio, Vbi uterq; litigator simul & eodem tempore proponit possessorium & petitorium quia uterq; asserit se possessorem & dominum & uterq; porrigit libellum contra alterum debet procedere possessorium & prius tractari, ut in l.j. § hoc autem ff. uti possi, & in l. inter litigatores ff. de iudi. licet contrarium teneat glo. in l. incerti, sed reprobatur. ¶ Ex his conclusionibus habetis expeditam materiam accumulationis

De caus. pos. & proprie.

lationis petitorij & possessorij clarius
ut arbitror c̄q̄ per alium, quam materi-
am late ponit Bar. Sed non ita clare
nec cum tali ordine in § nihil commu-
ne, prealleg. & per do. Ant. de Bti. in c.
cum dilectus, de causa pos. & proprie.
Et primæ octo conclusiones concer-
nunt quando unus & idem intentauit
petitorum & possessorum, reliquæ
xiiij. concernunt, quando una pars in-
tentauit petitorum & alia possessori-
um, uel utraq; utrumq; intentauit.

1. In casibus in quib⁹ cumulatio peti-
torij & possessorij non admittitur, an sit
neesse quod Exceptio opponatur, uel
si non opponatur processus sit ipso iu-
re nullus.
2. Quando petitorum & possessori-
um ratione ordinis, seu prælationis non
concurrunt, tunc non opposita excep-
tione processus ualet.

Peruers

Repeticio Rub.

3. Peruersio ordinis unius causæ ad aliam quæ dicatur.
4. Peruersio ordinis unius causæ ad se ipsam quæ dicatur.
Quando est peruersio ordinis unius causæ ad se ipsam, tunc processus est ipso iure nullus, ibidem.,
5. Cumulatione petitorij & possessorij impedita, quia electione unius iudicij tollitur aliud, tunc si cumulatio fit in eodem libello, processus ualeat nisi opponatur excep. si autem non in eodem libello, sed successiue cumularentur, processus est ipso iure nullus.
6. Cumulata iudicia, in casib. in quib. cumulari possunt, an & quando eadem sententia sint terminanda.
7. Petitorium & possessorium in casib. in quib. concurrere possunt, siue ambo iudicia ab eodem proponuntur, siue unum ab uno, aliud ab alio, eadem sententia debent terminari, & hoc de iure Cano, secus de iure Ciuiti.

Petito

De caus. pos. & propriet.

8. Petitorium si ab uno proponitur, possessorium ab alio, in casib. in quib. concursus admittitur, debent eadem sententia terminari, etiam de iure ciuii.
9. Per solam tituli intentionem diciuntur petitorium intentatum.
10. Ad cognoscendum, an intentatum sit possessorium uel petitorium, conclusio in libello attendi debet, non narratio.
11. Petitio in conclusione, peto mihi rem restitui etc. Potest adaptari tam ad petitorium q̄ ad possessorium.
12. Quando est intentatum petitorium & lite pen. intentatur possesso, in quo, suspenso petitorio, proceditur, an & quando sententia lata super possesso, potest rediri ad petitio. uide per multas conclus.
13. Si intentans petitorium, lite pendente, intentat possessorium in quo proceditur suspenso petitorio, succumbit in possessorio, tunc potest redire ad petitorium,

Repeticio Rub.

torium, quo probato, obtinebit in petitorio & consequitur etiam possessio-
nem.

14. Actor intentat possesso, suspenso petitorio, & obtinet in possessorio, redit nūc ad petitorium, in quo non potest se dominum probare, sed hoc probat reus, an pro reo debeat ferri sententia declaratoria.
15. Sententia lata super possessorio actor intentit petitorium in quo neq; actor neq; reus probare possunt, nihilominus reus absolvitur.
16. Sententia lata in possessorio suspenso petitorio, an Iudex appellationis possit quoq; cognoscere de petitorio suspenso, uide per multas conclus.
17. Causa simpliciter commissa, intelligitur commissio facta, tam super proprietate quam super possessione.
18. Possessionis causa per dictionem taxatiūā commissa, proprietas excludit Quan-

De caus. pos. & proprie.

Quando causa possessionis , sine distinctione taxativa committitur, de qua tamen non potest cognosci nisi quoque cognoscatur de dominio, tunc intelligitur etiam quescio proprietatis commissa, secus si de possessione sola cognosci posset. 19.



Vnc iuxta premisam materiam formo dubium necessarium.

¶ Vtrum in casib. in quib. dictum est non simul concurrere petitorium et possessorum, sit necesse quod opponatur exceptio, ad hoc ut processus sit nullus , an uero sine aliqua exceptione processus est ipso iure nullus. Pro determinatione huius dubij formo infra scriptas conclusioes.

2. ¶ Prima conclusio ubi petitorium et possessorum, non concurrunt ratione ordinis

Repeticio Rub.

- ordinis seu prælationis, processus tralet
si non opponatur exceptio & potest
hoc modo declarari, Nam ordo est qd
prius debeat intentari possessorum, &
postea petitorum, id est, quod primo
debet finiri quescio super possessorio
ut in l. ordinarij & in l. certi sepius alle-
3. gatis. ¶ Si autem ordo perueratur ut
quia primo intentatur petitorum, uel
primo etiam intentatur possessorum,
& anteq; lis sit finita super possessorio,
intentatur petitorum, tunc dicitur per-
uersio ordinis unius causæ ad aliam, q
casu datur regula tales preposteratio-
nem non uiciare processum, nisi oppo-
natur exceptio ut in l. si mancipium §
ij. & in glos. ff. de Euict. & est glos. or-
dinaria in l. ij. C. com. diuidun. est tex.
4. in c. cum dilect. de ord. cog. ¶ Si au-
tem esset peruersio unius causæ ad seip-
sam, ut quia primo producuntur testes
anteq; fiat lit. contest. tunc processus est
nullus ipso iure, etiam non opposita
exceptio

De caus. pos. & proprie.

exceptione, ut in l. prolatam C. de sent.
& interlo. om. iud. & tenent omnes, &
de preposteratione unius causæ ad ali-
am, loquitur tex. in l. j. ff. famil. hercif-
S. cun. ¶ Secunda conclusio ubi impedi-
tur accumulatio petitorij & possessorij
quia electione unius tollitur aliud, si
in eodem libello accumulantur pro-
cessus ualeat nisi opponatur except. se-
cundum Bar. in d. § nihil commune
¶ Tertia conclusio, ubi petitorium &
possessorium simul cumulantur in pre-
dicto casu prohibito non in eodem li-
bello, sed successiue, quia primo inten-
tato uno iudicio nondum finito, aliud
intentatur & tunc processus non ualeret
ipso iure, nec est opus opponere exce-
ptionem, ratio est quia cum fuerit elec-
tum primum iudicium uidetur ipso iu-
re ab alio exclusus.

b Formo

Repetitio Rub.

A In ista materia, an et quando in casib. in quibus concursus petitorij et posseß. non admittitur, necesse sit ut opponatur exceptio uel non, et ita quando processus sit ipso iure nullus, hic multa omittuntur. Nulla enim fit mentio, quando Cumulatio impeditur ratione contrarietatis, que tamen

6. ad hoc, an exceptio requira A ¶ Formo aliud dubitur uel non multum, Nunquid in his casib. tripliciter consideratur, item in quib. possessorium et titorium possint simul accidere dicitur in cumulari, quod quando si casu quando erit possit, uidistis supra, disabsolutoria lata remedia sint eadem sentia in uno iudicante terminanda, an uero cito, parit ex de eo prius iudicari debet cep. rei iud. in de quo prius constabat, alio, de quibus omnibus pro determinatio, huius ple. Bar. in l. dubijs

naturaliter § nihil commune ff. de acqui. poss. Non enim hic uolui tam multa addere, cum non possim scire an ipsem D. Lanfr. nihil posuerit, an impressorum ignavia uiciatum fuerit.

De caus. pos. & proprie.

► dubij facio has conclusiones. ¶ De iure
Canonico petitorium & possessorium si-
mul intentata, debent eadem sententia
terminari, siue ambo iudicia ab uno p-
ponantur ut in d. c. cum dilectus, siue
ab uno intentetur unum, & ab alio in-
tentetur aliud ut in d. c. cum dilectus, et
istud est seruandum in foro ecclesiastico. ¶ Secunda conclusio de iure Ciuitatis,
ubi petitorium & possessorium ab una
parte intentatur, potest iudex separatim
pronunciare, nec tenetur eadem senten-
tia illa terminare, & hoc est q[uod] uoluit
pet. quem sequi. Cy. in l. incerti C. de
interdict. qui dixerunt prius pronunci-
andum super illo iudicio de quo prius
constat, hoc sentit glos. Iur. Cano. in c.
ij. de caus. pos. & proprie. ¶ Tercia con-
clusio ubi petitorium ab uno, & pos-
sessorium ab alio intentetur etiam de
iure Ciuitatis debent eadem senten-
tia terminari, & hoc propter natu-
ram conuentionis & reconventionis,

Repetitio Rub.

quæ est ut eadem sententia utraq; causa terminetur ut in l.j. in fi. ff. que sent. sin. appella. rescin. & notat. in auct. & consequenter C. de senten. & interl. om. iud. & in c. unico de mut. peti. & in c. dispendia § reus de rescrīp. in vj.
¶ Pro complemento materiæ petitorij & possessorij subiçcio alias conclusiones ad hanc materiam necessariæ & pertinentes, prima conclusio sit ista.

9. ¶ Petitorium dicitur intentari etiamsi non intentetur dominium per solam intentionem tituli, ut si peto equum a te ex titulo uenditionis, quia mihi uen- didisti & sic de similibus, hoc est dict. singul. do. Io. de lingna in cle. unica sub hac rubrica situata, & placet d. Flo-

10. ¶ Secunda conclusio, ubi in libello con cluditur actorem debere reintegrari ad possessionem, licet in narratione fac ta sit mentio domini uel proprietatis, dicitur intentatum possessorium et non petitorium, quia debet attendi conclusio

De caus. pos. & proprie.

sio non autem Narratio secundum Io.
an.c.cum ecclesia Sutrina, de caus. pos.
& proprie. ¶ Tertia conclusio, Si in
conclusione libelli, de qua in proxima
conclusione addatur, et peto super pre-
missis iustitiam ministrari, dicitur tunc
esse intentatum petitorium secundum
Io.cal.in c. cum dilectus de ord. cog.

- ¶ Quarta conclusio ubi in conclusione
libelli petitur rem sibi restituī, potest
adaptari tam ad petitorium q̄ ad pos-
sessorium secundum do, Ant.de But.in
c.pastoralis, de caus. pos. & proprie. &
sequi. etiam do, Io. de Imo. ¶ Formo
aliud dubium, intentatum est petitorii-
um, & lite pendente intentatur posses-
sorium in quo proceditur suspenso pe-
titorio, Nunquid lata sententia super
possessorio, possit postmodum rediri
ad petitorium suspensum, p quo facio
- has conclusiones. ¶ Prima conclusio, si
ille qui intentauit possessorium pen-
dente petitorio, succumbat in possesso-

Repeticio Rub.

rio potest redire ad petitorium, et si probabit se dominum obtinebit in petitorio, per quod uictoriā extingueretur uirtus possessorij, quia consequetur possessio nem, quia proprietas trahit ad se possessionē ut in causa, cum dilectus de caus. poss. & proprietate. Nec sententia lata in possessorio preiudicabit in petitorio cum sit super re diuersa, ut in l. & an eadem §. ff. de excep. rei iudica. ¶ Secunda conclusio, Si intentans possessorium suspenso petitorio, succumberet in possessorio & non probet se dominū in petitorio, succumbit in petitorio & condemnabitur in expensis, ut in causa finem litibus de dolo & contumaciam ibi notat. ¶ Tertia conclusio, Si intentans possessorium, suspenso petitorio, obtineat in possessione, potest redire ad petitorium & si probabit se dominum, fertur sententia declaratoria in qua declarabitur dominus & reus condemnabitur in expensis,

De caus. posſ & proprietate

sis, non tamen condemnabitur ad restitu-
tionem possessionis, cum illam actor
sit fecitus, per uictoriam in possessorio,
Et multum proderit talis declaratoria,
quia per illam fiet fides de dominio cō-
tra conuentum glos. est singula. in l.
si a te § j. ff. de excep. rei Iudica. ¶

¶ 14. Quarta conclusio, si intentans possesso-
rium suspenso petitorio, obtineat in
possessorio, si redeat ad petitorium in
quo se non potest probare dominum,
sed reus probat se dominum, feretur
sententia declaratoria super dominio
Rei, si est petitum, ut not. in c. ex con-
questione de restitu. spolia. & in l.
circa ff. de proba. & secundum do. Io.
de Imo. poterit recuperare possessio-
nem quam perdidit ex sententia
lata in possessorio. ¶ Quinta con-
clusio.

¶ 15. Si intentato possessorio, post pe-
titorium suspensum, & lata senten-
tia in possessorio, actor intentet
h 4. petito.

Repeticio Rub.

petitorium & neuter possit probare de dominio, secundum ueram opinio, licet sint plures opinio, in hoc, not, in d. c. pastoralis, debet reus absolui, propter regulam iuris Actore non probante etc.

Et hoc siue actor incipiat nouam instanciam super petitorio, post executionem factam in possefforio, siue prosequatur petitoriu ex antiqua instatia suspensa, & condemnabitur uictus in expensis ita do. Io. de Imo, in d. c. pastoralis, & sentit Inno, ibidem in sua prima opinione.

¶ Subsequenter dubitatur utrum lata sententia in possefforio, suspenso petitorio, iudex appellationis possit cognoscere de petitorio suspensio & in hoc conclude. ¶ Lata sententia super possefforio, a qua est appellatum de iure Cano, si causa appellationis est commissa alteri iudici, de uoluntate utriusque partis, iudex appellationis potest cognoscere de petitorio suspenso secundum do. de rot conclus. cxxxij. in no. incipi.

De caus. pos. & proprie.

incipi. intentato petitorio & possesso-
rio. ¶ Secunda conclusio, ubi est appellatum a possessorio, suspenso petitorio
& causa appellationis dumtaxat est
commissa, iudex appellationis non po-
terit cognoscere de petitorio, altera par-
te inuita secundum prefa. do. in predi-
conclusio. ¶ Istud singulariter limitatur
in causis beneficialib. per appellatio-
nem ad sedem apostolicam deuolutis,
quia ad instantiam appellantis uel ap-
pellati, iudex appellationis poterit eti-
am de petitorio cognoscere, casus est
in cle. de caus. pos. & proprie. ¶ Tertia
conclusio, Si causa appellationis & ne-
gotij principalis est commissa iudici ap-
pellationis a sententia lata super posses-
sorio interposito, iudex appellationis ad
instantiam alterius partis potest cog-
noscere de petitorio secundum præf.
do. de rot. d. conclu. ¶ Ultimo utrum
commissa causa possessionis intelliga-
tur etiam commissa causa proprietatis,

Repeticio Rubri

- vel econtra, Facio has conclusiones.
17. qd. Prima conclusio. Si causa est simpliciter commissa, puta quia princeps scribit, committimus tibi causam qd habet Ticius vel habere sperat contra Scium, etc. intelligitur commissa tam causa possessionis qd proprietatis secundum do.
18. Io. de Imo, in d.c. pastoralis. qd Secunda conclusio ubi est commissa causa possessionis per dictiōnem taxatiuam, puta quia dicit Committimus tibi causam possessionis dumtaxat, non intelligitur commissa causa proprietatis, Ratio quia unius inclusio ceterorum est exclusio ut in c. Nonne bene dicimus
19. de presump. qd Tertia conclusio ubi est commissa causa possessionis sine dictione taxatiua, de qua non potest cognosci nisi etiam cognoscatur de dominio, puta quia uterq; eorum se asserit dominum, & possessorem, intelligitur etiam commissa quescio proprietatis, glos. est singula, in l. si de proprietate C. si a non

Repeticio Rub.

non comp. iud. ¶ Quarta conclusio, si commissa est causa possessionis, sine distinctione taxativa, de qua possessione potest cognosci absq; quod cognoscatur de dominio, tunc non intelligitur commissa causa proprietatis. Exemplum est quando committitur causa possessionis in possessorio recuperandæ ratione spoliationis. Nam ad uictoriam non est necesse probare dominium sed sufficit probare possessionis & spoliationem ut not. glos. in c. ad decimas de restit. spolia, in vj. & ita concludit glos. prealleg. in L. si de proprietate quam sequi. do. Io. de Imo in d.c. pastoralis.

Explicit Solennis & pene diuina
Repeticio iuris utriusq; Luminis &
Monarchæ d. Lanfranci de
Oriano super Rub.
de caus. pos. &
prop.

IOANNES BRAVN
LECTORI S.

CVm nuper, amice lector, studij
causa incidissem in Repetitionem
Rub. de caus. poss. & prop. a praeclaris-
simo Iureconsulto do. Lanfranco de O-
riano, iam olim in lucem æditam, anim-
aduerti eius lectionem Typographo-
rum incuria, pleriq; in locis depraua-
tam esse. Quia uero, ut totus Cœtus
causidicorum norit, singulorum posses-
foriorum iudiciorum, & an & quando
ista cum petitorijs cumulari seu con-
currere possint (quæ omnia in ista sol-
lenni Repetitione perfectissime & sine
omni difficultate clarissime traduntur)
in foro sit frequentissimus usus, perlegi
eam obiter, et quantum potui a mendis,
& frequentibus, quibus scaturiebat er-
ratis repurgaui, nihil aliud quærrens nisi
ut gratificarer studiosis Iuris adolescen-
tibus, Summaria insuper prefixi, pleraq;
notatu

notatu digna complectentia, & pro in-
ueniendis singulis materijs hinc inde
Iacius diffusis commodissima, Hoc si
quid est studij & operæ tuo iu-
dicio relinquo, Be-
ne Vale,

Vitebergæ Excudebat Petrus
Seitz, Anno.M.D.
XXXVIII.

1810473

qui dixit quod dulcissimum est nomen
tuum. Unde illigatius noster dicitur. Hoc es
nos. Hunc enim communem nos. Hoc es
qui dixit quod dulcissimum est nomen
tuum. Unde illigatius noster dicitur. Hoc es


qui dixit quod


Kindest. Unde illigatius noster dicitur. Quo
dixit quod dulcissimum est nomen tuum. Unde illigatius noster
dicitur. Quo dixit quod dulcissimum est nomen tuum.

anno 946 Episcopus Fecit

C. de A.

Carissimi. Illi / 222 / a. et capitulo
de causa gloriosi martyris s. cecili
eiusque reliquias. Quae causas sunt tunc. S. Cecilia
fons. R. 1270. et admodum ex his
causis omnes gloriosas rationes
ad hanc causam adducuntur. Unde
ex causis hanc ratione. C. 270.
et fons. et causa. et causa. et causa.
et causa. et causa. et causa. et causa.
et causa. et causa. et causa. et causa.





4362-63

371.00

res fortasse nō uenerit. **I**n iuuēti oculūt, est
p̄q̄ q̄d datur q̄ media nō q̄ll̄ in eo. p̄=oculūt a
l̄ p̄sonūt dām̄ q̄ app̄iq̄t ad uic̄ fōr̄ ualde-
m̄ tām̄ qui nō app̄her̄ q̄. i nō app̄her̄ ius̄ cōs̄
i rōe. **C**or̄ q̄ s̄m̄ v̄, uelut s̄m̄ ap̄d s̄m̄
i mām̄, q̄ h̄ minūt a mē̄ fōr̄. p̄ mēllūt p̄
i resolūt oculūt a s̄v̄. p̄ dūl̄t p̄plōt oculūt

Signa q̄ eost̄ cop̄is | a s̄metabz
smp̄. dicem̄. **X**er hūt n̄. enīt. **T**ieliq̄
dne lat̄t māp̄. **I**uō q̄ dām̄, p̄
i m̄ opt̄e q̄p̄oīt orōe. p̄ uō l̄p̄z nūc

